cipitem (... *in* præcip... tia. *Tu e... go mihi a...* præcipitanter.

Cārăbus, *rotundus carcer:* 152. ein Krabbe [κάρβαρος]

Caræi, 949. Kareimer (Rothe Juden.)

Carbăs-us (*i, f.* & -um. 387.) *linteum firmũ tentorijs & velis aptum:* Steiffe leimet. [κάρβασος]

-a (ea, -ĭna, & -ĭnea) vela: Segel.

Carbătĭnæ, *calcei ex corio non elaborato, vel corticibus arborum.:* 380. Rohe lederne Schuch / Basten Schuch. [καρβατίνη]

Carb-o (*ónis*) *ligni adusti pars, sive candens adhuc, sive exstincta:* 34. eine Kohle. [ἀ κάρφω, *arefacio.*]

-ōnārius, Köhler / Kohlen brenner.

-ōnāria, Kohlstätte / Kohlhütte.

-uncŭlus, (*dim.*) *parvus carbo:* Köhlein / Köhlichen.

(2) *ulcusculum pestilentiale inflammatissimum:* 310. gifftige Blatter / ein Carbunckel.

(3) *gem.*

Carbones *parat* carbonarius *in* carbonaria. Carbunculus (1) *est major scintilla;* carbunculus (2) *pestilens ulcusculũ;* carbunculus (3)

(2) *gemma flammante colore*: 76. ein Carfunckelstein. | (3) *pretiosissima* gemma.

Carc-er, (*ĕris, m.*) *claustrum maleficos coërcens*: 776. 833. Kercker/gefängnüß. [*q. coarcer*: vel *ex G.* ἕρκος, *claustrum*.]
-ĕres (*plural.*) *septa in circo, unde ad cursũ proruitur*: 843. Schrancke.
-ĕrārius (*custos*) 833. KerckerMeister/Stockmeister.
inCarcerare, 360. (*s. a. v.*) ins gefängnüß Setzen/ *in gen.* einSetzen/ einSchliessen.

Carcer *coercet delinquentes*, *sub. custodia* Carcerarij. Carceres *serviunt cursoribus*.

Carcinoma v. Cancer.

Cardiacus, *cordi serviens*: Dem Hertzen dienlich. [καρδιακὸς]

Card-o (*ĭnis, m.*) *calx januæ, super quam fores vertuntur*: 403. 404. ThürAngel. [*à* καρδία, *cor.*]
(2) *Tr.* *Cardines domũs, cœli &c.* 41. Die Ecken.
(3) *Cardo causæ, controversiæ &c. illud præcipuum, à quo reliqua pendent*: HauptPunckt/ Grund/ Summa.
-ĭnālis, 41. (& -ĭneus) *principalis*: Hauptsächlich/ Haupt-
(2) *Nomin*: 968. ein Cardinal.

Cardo (1) *janua vertitur, cùm janua aperitur*: cardo (3) *causæ vertitur, cum ad res summã venitur.* A cardinibus (2) *mundi veniunt* cardinales *venti.*

Cardu-us, *suffrutex, conos aculeatos* | Cardui *semine*

leatos ferens: 170. Distel.
[ἄχερδος]
-ēlis, (sc. avicula) 144. DistelFinck / Stieglitz.

Cărēre, non habere: 128. 141. &c. Entbehren / nicht haben / Ohne (etwas) seyn. [à χρεία, egestas.]
Carēre non posse, 409. nicht kennen entrathen.

Căr-ĕre, pectine ferreo purgare lanam: Grämpeln / Wolle kämmen.
[à κορέω, verro, purgo.]
(2) vel linum: Hecheln.
-men (pro Carimen) pecten talis, ferreis hamis: 385. Grämpel Kamm / Kartetsch / Hechel.
(2) Tr. oratio pexa, h. e. numeris Poëticis adstricta: 695. 698. Versgeticht / Getichtlied / (in vers gefassete rede.)
-mĭnāre, carmine pectere: 385. 389. Kämmen / Grämpeln / Hecheln.
-mĭnārius (& mĭnātor) Grämpler / Wollekämmer.

Netrix carit (2) linum carmine (1) Carminator verò carminat lanam; Poeta canit suum carmen (2)

Căre-x (icis, f.) gramen acutum durissimum, cutem scindens: 86. Ried Grass.
[à κείρω, scindo, tondeo.]
-ctum, locus caricibus obsitus: Riedgrasichter orth

Cārĭca, ficus passa: 327. Dürre Feige.
[à Caria provincia, unde apportantur.]

Cari-

Cări-es (*ei, f.*) *incineratio ligni, à consumtione humidi oleosi (sive per temporis vetustatem, sive per vermium erosionem) facta*: Faule/ Würmstich. [*q.* Coaries; *ex coareo, i. e. aresco.*]

-ōsus, 325. VerFaulet / Wurmstichicht.

Caries *facit* cariosa *ligna.*

Cărin-a, *imum navis fundamentum*: 447. Schiffboden. [*à* κάρηνον, *summitas, vertex.*]

-ātus, *in forma carinæ*: wie ein Schiffboden gestaltet.

Carina *est in navi;* carinatum *pectus, in bove.*

Carmen v. Carere.

Carneŏlus, (*i, m.*) *gemma*: 77. ein Carneol.

Căro (*nis, f. dim.* Căruncŭla) *pars corporis ex sanguine concreta*: 226. &c. Fleisch. [κρέας, & σάρξ, *id.*]

Carn-ālis, *talis qualis caro est*: 930. Fleischlich.

-eus, *ex carne*: 228. 357. Fleischern.

-ōsus, 139. (& -ŭlentus) *multam habens carnem*: Fleischicht.

-ārius, *qui carnibus delectatur*: Fleischmann / (der gern Fleisch isset.) (2) *qui carnes vendit*: Fleischhändler / (der mit Fleisch umbgehet.)

-ārium, *locus ubi carnes venduntur*: Fleischbanck. (2) *vel asservantur*: Fleischkammer.

-arium forum, 778. Fleischmarckt.

E carne *constans, est* carneum; *multam* carnem *habens*, carnosum; carnem *curans*, carnale. Carnarius (1) *est carnivorus*: carnarius (2) *vendit* carnes *in* carnario (2).

Carni-

Carnĭf-ex (*ĭcis*) *qvi ex hominibus carnes facit*: 834. Hencker/ Scharffrichter.
-ĭcīna, *carnificis opus*: Henckers arbeit/ Stockmeisterey. (nung.
(2) *ejusdem officina*: Henckers woh-
-ĭcāre (& exCarnificare, 874.) *carnificis in morem tractare*: Henckerischer weise Martern/ Schinden.
inCarnari, 952. Mensch werden. (*Theologica vox.*)
inCarnatio Christi, Menschwerdung.

Carnifex excarnificat *facinorosos in carnificina.*

Carpātus *mons*: *561.* Das hohe gebirg/ zwischen Pohlen und Ungarn.

Carpent-um, *vehiculum pensile*: Hagender Wangen/ Kobel Wagen/ Carotz. [*q.* Currus pendens.]
-ārius, (*faber*) *qvi carpenta fabricatur*: Wagner.

Carpenta *fabricat* carpentarius.

Carp-ĕre, [*-si, -tum*] *fructus de arbore digitis rapere*: 326. Zwacken/ Pflücken/ abBrechen.
[*ex* κάρπος, *fructus*: καρπίζω, *fructum decerpo.*]
(2) aliqvem *vexare*: 645. beZwacken/ Tadeln.
-tim, *carpendo hinc inde*, 566. Zwackweise / mit Zwacken/ Stückweise.
cōnCerpĕre, 488. ZerZwacken / ZerReissen.
dēCer-

Maturos fructus carpere (1), & *malos mores* carpere, (2) & *e bonis libris* carptim excerpere; *malos autem* concerpere & discerpere, *licitum est.*

dēCerpĕre, 356. abZwacken/ abReissen/ abBrechen/ abPflücken. (Reissen.
disCerpĕre, 172. 572. 836. ZerZwacken/ Zer-
exCerp-ĕre, è pluribus carpendo colligere: Herauß Zwacken/ auß Klaubē.
-tio, 723. HeraußZwackung/ auß Klaubung.

Carpio (ónis, m.) piscis sqvamosus, optimus: 155. Karpe. v. Cyprinus.

Carpus, junctura brachij cum manu: 222. 247. Hand gelenck/ Faust beuge/ HandWurtzel. [καρπὸς]
Mĕtăcarpium, pars manûs, a junctura ad digitorum fissuram: 222. HandTisch/ Handbrette.

Carr-us 437. (& -um, & ūca) currus birotus: ein Karren. [a Currendo.]
-ūcārius, ein Karner.

Cartilāg-o (inis, f.) corporis pars osse mollior, carne durior: 225. Knorpel/ Krospel.
[q. Cartirago: à G. καρτερέω, tolero, sustineo; sc. attritum ossium.]
-ĭneus, 154. 249. (& -inōsus) Knorpelicht/ Krospelicht.

Cār-us, pretiosus: 799. Thewer.
[ex H. Iakar, idem.]
-ĭtas, 799. Thewrung.
-è, Thewer.

Res caræ venduntur carè, faciuntq; caritatem.

Carum, 95. FeldKümmel/ Wiesen Kümel.

Caryophyll-um, aroma odoriferum, capitulum habens qvadrifidum, claviculo simile: 117. Nägelein/ Nelcken. [καρυόφυλλον.]
-us, flos, 96. 265. Nelcken/ Nelckenblum.

Căs-a, *domus vilior*: 398. eine Hütte.
[*ab H.* Casah, *tegere. Vnde & Germ.* Hauß.]
-ŭla, ein Hüttlein.

Cāse-us, (ŏlus, *dim.*) *lac duriter coagulatum*: 346. Käse.
[*à* coacto *lacte*: *q.* coaxeus.]
-āria forma, 346. Käsenapff/Käsemodel.
-āle, 345. Käsekamer/Käs. Hauß/Käsekorb.

Casei & caseoli, caseariis *formis coagulati, asservantur in* casealì.

Cassyopea, 545. *Signum cœleste*, Königin.

Cassis (*ŭs, m.*) *rete venatorium*: 361. Jägergarn. [*ab H.* Iakasch, *laqveum tendere.*]

Cass-is (ĭdis, *f.* & -ĭda) *capitis tegumentum chalybeum*: Sturm-Haube / PickelHaube / Bickelhauben.
[*à G.* κάζω, *orno, instruo, munio.*]
-ĭta, *alauda apicem cristatum, veluti cassidem, gerens*: 141. Haubelleręh.
[*unde &* Galerita (*à Galero*) *dicitur.*]

Cassita *habet cristam* cassidis *instar.*

Cassus, *vacuus*: Ler / Taub.
[*q.* qvassus, *qvatiendo fractus.*]
(2) *successu carens*: Vergeblich.
in Cassum (*laborare*) *i. e. frustra*: 608. Vergeblich / vergebens.

Cassas *nuces* in cassum *qvassas.*

Castăn-ea, *arbor, vel nux*: 115. 264. Kastanien-baum / oder Nuß.
[κάσανον]
-ĭnum *oleum*: Kastanien öhl.
-ētum,

Castaneas *collige in* castaneto, & *fac* castaninum *oleum.*

-ētum, Kastanien Wald.
-eus color, Kastanien Farb.

Castellum v. Castra. *Castigare* v. Castus.

Cast-or [κάστωρ] L. *Fiber*: 194. Bieber.
-ŏreum, Biebergeyl.

Castor, *Deus gentilis*, 931. Castor.

Castr-a (*orum*) *locus, ubi exercitus casas seu tentoria fixit*: Das Läger/Lager. [*q.* Casistra; *à casis stratis.*]
-a ponere, Das Läger schlagen.
-ensis, Zum Läger gehörig / Läger-Kriegerisch.
-ă mētāri *v. Metari.*
-um, *locus vallo & fossâ munitus*: 908. Festung.
Castellum (*dim.*) *idem. Unde.*
Castellānus, *castelli præfectus* (*s. a. v.*) Festungs Hauptman/ ein Castellan.
(2) *vicus, manibus munitus.* Flecken. *Unde*
Castellani, *castelli incolæ*: Flecken einwohner / Bürger.
(3) *aqvæ, per tubos deductæ, circumseptū receptaculū*: 780. Wasser Kastē.
proCestria (*orum*) *qvicqvid pro castris tutandis ante illa exstruitur*: Vor-Schantzen / Brustwehr.

Castra *ponuntur in campo*, castrensi *arte*. Castrum (castellum (1)) *præmunitur* procestrijs, *sub custodia* Castellani. *In* castello (2) *habitant* castellani: *in* castello (3) *aqva colligitur.*

Castrare, v. mox Castus.

Cast-us, *libidine impollutus*: 142. 627. Keusch / Züchtig.
[*ab H.* Chasid, *sanctus.*]
-ĭtas,

Castus *servat* castitatem, *nec recusat* castigari.

-ĭtas, 627. 673. (& -imōnia, 969.) Keuschheit/ Züchtigkeit.

-ŭla (*sc. vestis*) *quâ membra castè custodienda velantur*: 776. ein Vor Tuch.

(2) *præsertim in balneo*: Bade Tuch.

-īgāre, (& conCastigare, 947.) *castum agere* (*verbis, aut verberibus*) 503. Züchtigen/Casteyen/Straffen.

-īgātio, Züchtigung/Casteyung/Straffung.

Castr-āre, *testiculis exsectis a libidine prohibere*: verSchneiden/Cappaunen.

-ātus, 168. (& exCastratus, 166.) VerSchnittener/ Cappauner.

-ātio, 167. VerSchneidung.

inCest-us (*a*, *um*) *q. in castus*: Blutschändig/ (wenn einer eine nahe bluts-Freundin heyrathet.)

-uosus, 736. *idem*.

-us (*ûs*; & -um) 626. Blutschande.

-āre, Blutschändē/mit Blutschande besudeln.

gari. *In balneo præcingimus* castulas (2), *nè quid* castigatione *dignum admittatur. Satius est* castrari, *quàm* incestu, incestisve *nuptijs*, incestari.

Catabaptista v. Baptismus.

Cătaclysmus, [κατακλυσμὸς] *diluvium*: 568. Sündflut.

Catalogus, 494. Register. [κατάλογος]

Cătaphract-a, *munimentum ferreum circa totum corpus*: Küriß. [ἀ καταφράττω, *circum tego*,]

-us (& -ārius miles) 888. Kürisser / Kürissierer.

Cataphractarius, cataphractâ *indutus*, *non timet ictus*.

Cătăpōtia (ōrum) *vulgò Pilulæ* : **Pillulen.**
[ἀ καταπίνω, *deglutio.*]

Cătăpulta, *machina lapides ejaculans*: 897.
grosser SteinArmbrust. [καταπέλτες]

Cătăracta (*æ, f. vel* -es, *æ, m.*) *abruptus aqvarum desuper lapsus: nempe*
(1) *de nubibus*: Wolckenbruch.
(2) *aut de monte prærupto*: WasserFall.
(3) *cancellata portarum fores pendulæ*: 772.
Schoß-Pferten / Schutzgatter.
[καταῤῥάκτης: ἀ καταῤῥάσσω, *defluo, desilio.*]

Cătarrhus [κάταῤῥος] 305. *L. destillatio, defluxio*: HauptFluß.

Catastrophe, 841. **Außschlag.**

Cătēch-ēsis, 956. (*is, f. &* -ismus, *m.*) *elementa doctrinæ Christianæ*: Haupt Stücke Christlicher Lehre / Catechismus.
[κατήχησις, & κατηχισμὸς.]
-ūmĕnus, Catechismus Schüler.
-izāre, 961. im Catechismus unterweisen.
-ista (& -istes, *æ*,) Catechismus Lehrer.
-etica (*Theologia*) 718. Catechismus Theologia.

Catechista catechizat, *qvando* catechismum *docet* catechumenos.

Cătēn-a, *vinculum ex annulis consertis factum*: 590. eine Kette.
[*G.* κάτυμα, *structura*: ἀ κατύω, *consuo, construo.*]

Catenâ catenatur catenarius *canis*;

-ŭla (& Cătella) Kettlein.
-ārius (*canis*) 171. Ketten- (Hund.)
-āre, *vincire*, 984. (mit einer Ketten) binden.
-āti (& conCătēnāti) *labores, qui se invicem excipiunt, ut in catena annulus annulum*: Kettenweiß an einander hangend / Stets wehrend.
conCatenare, 594. (Ketten weiß) an einander Fügen.

nis; catenulâ. *catellus*: *nos quandoque catenatis laboribus molestamur.*

Căterv-a, *multitudo hominum*: 502. ein Schaar.
(2) *in sp. militum pedestrium sex vel octo millium*: 895. Schaar Fuß Knechte / Brigada.
[ἀ κατερύω, *contraho, deduco.*]
-ātim, 894. Häuffig.
-ālis (& ārius) *qui est è caterva*: einer auß dem Hauffen / gemein.

Caterva *continet multos catervales milites, qui catervatim procedunt.*

Căthedr-a, *sella*: ein Stuel.
[καθέδρα.]
In sp. (2) *sella sublimior docentiũ*: 961. Predigt Stuel / Catheder.
(3) *Episcopalis sedes*: Bischoff Stuel.
-ālis Ecclesia (*s a. v.*) Bischoffliche Kirch / Thumb Kirch.

E Cathedra (1) *docetur populus*: *in* cathedrali Ecclesia *est* cathedra (2) *pro Episcopo.*

Căthŏlĭc-us, 706. 921. Allgemein. [καθολικὸς *universalis.*]
-è, 717. Allgemeiniglich.

Cati-

Cătĭn-us (& -um) *patina profundior*: Tieffe Schüssel.
[*Siculis* κάτινον.]
(2) *in sp. vas terendis condimentis*: 365. Reibe Napff / Reibe Asch.
-ŭlus (& -ellus, & Cătillus, 68. 365.) kleines Schüsselein / Tiegel / Schmeltz Tiegel / Napfflein (oder Aschlein.)
(2) Catillus, *lapis molæ inferior*: 354. Vnter Mühlstein. [*qvia antiqvis cavus erat, catini instar.*]
Cătill-o, (*ōnis qvi catillos lingit*: Schüssel Lecker / Tellerlecker.
-āre, (Schüssel) lecken / (Teller) lecken.

In catinis (1) *afferuntur jusculа*; *in* catino (2) *teruntur condimenta*; *super* catillo (2) *molitur frumentum*. Catillans Catillo catinellos *qværit, ut* catillet.

Catulus v. Canis. *Catus* v. Cavere.

Caucasus, *mons Scythiæ*: 561. Der berg *Caucasus*.

Caud-a, *pars spinæ dorsi, à posteriori dependens*: 132. &c. Schwantz / Zagel.
[*ex H.* Kutan, *idem*; *vel ex G.* κάτω, *deorsum, sc. pendens.*]
-ātus, (*s. a. v.*) 29. 187. geschwäntzet.
-ex, (*ĭcis m.*) *stipes arborum*: 100. ein Stamm / Strumpff.
[*qvia est q.* cauda *arboris.*]
-ĭcālis securis (*i. e. major & firmior, ad dissecandos caudices apta*) grosse Axt / Stamm Axt.
-ĭcāria *mensa, ex caudicibus* (*h. e. tabulis*

Caudæ *similis est* caudex *defectæ arboris*; *ex qvo conficitur* caudicaria *navis*, caudicali *securi*. *Publicis* codicibus (2) *inscribuntur publica negotia*; codicillis *verò*

tabulis crassioribus) *facta*: Stämmin/ auß Stammen. | *passim occurrentia.*

Cŏd-ex (*ĭcis*, *m.*) 487. *idem quod* Caudex. (Buch.
(2) *Tabula*, *Liber*: 493. ein Taffel/oder [*qvia olim tabulis ligneis res inscribebant.*] *Hinc*
codex publicus: Land Taffel.
-ĭcŭlus (& -ĭcillus) Täffelein/Büchlein.
-ĭcilli, *tabellæ*, *qvibus aliqvid obiter inscribitur*: SchreibTäffelein/Schreib-Taffeln.

Caula, *stabulum pecudum*: Vieh Stall.
[αὐλὴ, *caula*, *cors*, *stabulum*.]

Caul-is, 84. (-ĭcŭlus, *dim.* 376. & Cōl-es, 372. *vel*-is, ĭcŭlus) *scapus herbarum*: Stengel.
(2) *Caulis pennæ*: 489. Feder Kiel.
(3) *Brassica*: Kohl.
[*ex* καυλὸς, *qvod omnia illa significat.*]
-escĕre, *in caulem crescere*: 80. Stengeln/ Stenglicht werden / Stengel bekommen. (verLieren.
de Caulescere, *caules amittere*: Stengel
MultĭCaulis *herba*, 84. viel Stenglicht.
UnĭCaulis, 84. ein Stenglicht.

Caulis (1) *in herbaceis mollior* caule (2) *in penna*: caules (3) *edimus*. *Herba dum* caulescit, *fit* unicaulis *vel* multicaulis: *post tamen* decaulescit.

Caup-o (*ōnis*, *m*: *antiqvè* Copo) *paratorum victualium venditor*: 433. Gast wirth / Kostgeber / (oder Gastgeber/) Kretschmer/Krüger.
[κάπηλος]

Caupo *in* ... 12 ... ca... niâ ... arte caupo... natur: *Psem*-

-ōna, 777. (-ōnŭla) *taberna, in qva cibi potusq́ venduntur*: Gastshoff/ WirthsHauß/ Kretschem/Krug.
-ōnius, *vel* -onarius (*puer, ars*,) Gasthöfflich/ Kretschmerisch.
-ōnāri, Gastwirthschafft treiben.
(2) *Tr. lucri causâ agere*: mit etwas Gewinst treiben.

Pseudo propheta cauponatur (2) *Verbum DEI.*

Caus-a, *res à qva, vel ob qvam, aliqvid factũ est*: 280. 506. *&c.* Vrsache. [*ab H.* Ghasah, *facere.*]
(2) *de qva litigatur*: 826. 830. Rechtssache/ RechtsHandel.
(3) -â (*pracedente Genitivo*) 123. 147. *&c.* Von wegen/ Wegen / umb Willen.
-ŭla, 827. Vrsachlein.
-ĭdicus, *qvi causam in foro dicit*: 826. RechtsHändelFührer.
-āri, *causam facti pratendere*: 884 (ursach) vor Wenden.
-ārius, *causam pratendens*: ursach vorwendend.
acCūs-āre, *facti causam alicui tribuere*: beSchuldigen/ verKlagen [*q.* ursach und Schuld einem beymessen.]
-atus, (*a*, *ũ*,) 828. verklagter/ beSchuldigter.
-atio, 691. 828. beSchuldigung.
exCūsā-re, *redditâ facti causâ purgare*: 663. 828. entSchuldigen.

Nihil fit sine causa. (1) *Sed causam* (2) *cujus* causâ (3) *litigatur, defendit* causidicus; *dum* excusat, *qvem alter* accusat. *Si tamen factum* inexcusabile *sit*, recusat *defendere*, causans *conscientiam.* *Sed* causarius *miles non semper veram habet* causam.

-tio, 828. entschuldigung/ außRede
inexCūsābĭlis, unentSchuldentlich.
inCūsāre, factū reprehendere: anKlagen.
rĕCūsāre, ob causas certas negare: 631. abSchlagen/ verWeigern.

Causticum (medicamentū:) 820. Brennend.

Cautēri-um, ferramentum, qvô stigma corpori inuritur: 820. Brenn eisen. [καυτήριον]
-ātus, cauterio signatus: mit Brenneisen geZeichnet.

Cautes (is, f.) saxum variè cavatum, inaccessum: 74. 453. ein Hoher Felß.

Cautus, v. Cavere. Cavea, v. Cavus.

Căvēre, [cavi, cautum] sibi à periculo prospicere: 444. 504. &c. Sich Hüten/ Fürsehen.
[ex H. Chabah, abscondit se.]
Caut-us, qvi sibi cavere scit: 607. 615. Behutsam/ Fürsichtig.
-è, 453. (& -im, 612.) Behutsamlich/ Fürsichtiglich.
-io, (& -ēla,) 659. Behutsamkeit/ Fürsehung/ versicherung.

Catus catus cavet sibi à canibus: horumq; insidias (ne incautus capiatur) præcavet ac discavet, variis cautelis.

Căt-us (a, um) 798. idem qvod Cautus.
-us (i, m.) felis masculus, catissimus murium prædo: Kater. [G. κάττης.]
Catus Zibeticus, 190. Zibeth Katz.
silvestris, 191. Wilde Katz.
inCaut-us (a, um) 893. unBehutsam/ unFürsichtig.
-è, 706. unBehutsamlich/ unFürsichtiglich.

dis

Cävēre, sich allenthalben vorsehen.
praeCavere, 761. sich Zeitlich Fürsehen/verHüte.

Cavill-a(& -um) *jocosa calumniatio*: Spöttische rede/ Wortstich / AufZiehung mit worten. [χλεύη, *id.*]
-āri, *coràm calumniari*: 645. anSticheln/ AufZiehen.
-ātor, Spötter/anStichler / AufZieher.

Iocoso cavillo cavillatur *alios* cavillator.

Cav-us, (*a, um*) *intus vacuus*: 228. Hohl. [*G.* κοῖλος: *unde & Germ.* Hohl: *Latinis periit* λ.]
-āre, 193. 206. Hohl machen / Höhlen.
-ea, *carcer avicularum*: 360. Käffig/ Vogel gebawr.
(2) *locus theatri ad spectandum destinatus*, 841. Boden am Schawplatz.
-erna, *subterraneum cavum*: 43. 227. eine Höhle.
-ernōsus, Höhlicht/ Löcheright.
-ædium, *cavum & subdiale in ædibus spatium*: 405. Hoff.
conCāvus, *rotundè cavus*. 213. 481. Kugelrund geHöhlet/ unter Höhlig.
con-(& in-) Cāvāre, Kugelrund außHöhlē.
inCavatus, (*a, um*,) 479. außgeHöhlet.
exCāvāre, 447. außHöhlen / außBohren.

Vt aliqvid cavum *fiat*, *oportet* cavari: *ut* concavum, concavari. Caverna excavata *est specus*: Cavea *servit avibus captivandis*; cavædium, *domesticorum spatiationi*.

Ce, *vocula adjectitia*: *ut* Hicce, Hosce &c. [*ab H.* Zeh, *iste.*] *Vide Gramm.*

Cēdĕre, [*ces-si, sum*] *alicunde abire est*; 636. Auß dem weg Gehen / Weichen.

E prælio cedere (1).

[*ab H.* Zaghad, *procedere*: *Vel* *à* χάζω, *qvod id.*]

(2) *aliqvid alicui, dare cùm non dare possis*: 661. nachGeben / Geben / überlassen / abTreten.

(3) *benè vel malè evenire*: 688. 720. Gelingen / Gereichen.

(4) Cĕdo, 996. (*plur.* Cedite) *da, vel dic*: Gib her / Sag her.

Ceſſ-io, *abitio*: Das Weichen.

(2) *traditio*: Das nachGeben / das abTreten.

-im (*ire*), *retrocedendo*: Zuruck Weichend / Sacht.

-āre, *magis magisq; cedere*: immer Weichen / immer nach Geben.

(2) *cedendo segniter agere*: 838. nachLaſſen.

(3) *desinere*: 766. garLaſſen / aufHören.

-ātio, 702. Weichung / nachLaſſung / nachGebung.

-ātor, nach läſſig / Säumig.

inCeſſanter, unAufhörlich / ohn AufHören.

absCē-dĕre, abWeichen / abTreten.

(2) *Tr. in abscessum verti*: 294. aufSchwüllen / (mit cyter.)

-ſſus (*ûs*) *humorum in ulcus se colligentium confluxus*: 294. 820. EyterBeule.

-dentia, *æ*, *f.* 479. abweichung / vertretung.

acCē-dĕre, 355. HerZu Treten / ZuKommen.

(2) *Tr.*

& alterisuum ju[...] cedere (2) *non semper bene* cedi[t] (3). *Qvi sic*: cedò (4)? *Qvia dum adversarius te videt cessim ire, instat* inceſſanter: *tu autem dum* ceſſas (1), *facilè* ceſſas (2); *tandem & planè* ceſſas. (3) Ceſsatori *sua* ceſſio *sæpè noxia est.*

Cùm aliqvis humor in pus abſcedit, (2) *est* Abſceſſus; *tantò major, qvantò plus materia* accedit, *per* inacceſſos *meatus.*

(2) *Tr.* zuWachsen / zuNehmen.
-ssio (& ssus, *ûs*, 771. 907.) Zutritt / Zugang.
(2) *augmentum*: 552. zuWachs / zuNehmung / Zusatz.
-ssórius, 689. herZukommend / Anderswoher Kommend.
inacCessus, *ad qvod non datur accessus*: 136. unZuGänglich.
anteCe-dere, 26. vorGehen.
-ssor, 441. vorGänger / vorFahr.
conCe-dere, *sponte cedere*: entWeichen.
(2) *permittere*: 687. nachGeben / Zulassen.
(3) *dare*, Geben.
-ssus (*a*, *um*) 567. 588. Zugelassen / Zulässlich / geGeben.
)(. inConcessus, unZulässlich.
-ssio, 687. Zulassung.
dēCe-dere *de loco vel officio cedere*: abWeichen / abGehen / abTretten.
(2) deCedere morte: 758. Todes ab- (Gehen.
-ssus (*ûs*) abGang / hinTritt.
-ssor, *qvi officio cessit alteri*: VorFahre (der einem andern gewichen.)
prædeCessor, *idem*.
dis Ce-dere, von einander-Weichen / (-Gehen) abScheiden.
-ssus (*ûs*,) 432. abWeichung / Abschied.
exCē-dĕre, 457. 604. 901. außWeichen / außTreten / überSchreiten.

Qvi me antecedit, *est* Antecessor: *qvi ante me* decessit (2), *est me* prædecessor: *qvi* discessit, *desideratur post* discessum: *qvi modum* excedit, *peccat* excessu (2).

Concede (1) *aliqvô à periculo*: concede (2) *petitioni justæ*: Concede (3) *locum honorationi*.

(2) *Ex-*

(2) Excedere (*modum, numerũ &c.*) 316. Zuviel haben(oder thũ.)

-ssus (*ûs*) außTritt / überSchuß.

(2) 604. überMaß / das zu viel Thuen.

inCe-dere, 748. 754. 866. einherGehen / einher Treten. (Tritt.

-ssus (*ûs*) 134. 850. einherGang / einher

-ssĕre aliqvem [*ssi & -ssui, ssum,*] *cum impetu aggredi*: 896. anKommen / anFallen / anStossen.

interCe-dere, *intervenire*: 862. DaZwischen Treten / daZwischen Kommen.

(2) *sive pro aliqvo*: verTretẽ / Fürbittẽ.

(3) *sive contra aliquẽ* (*sive alicui*) wiederStehen / (nicht geschehen lassen.)

-ssio, 832. verTretung. (2) wiederstand.

-ssor, verTreter / (2) wiedersteher.

præCe-dere, *præire*: 298. 895. vor Gehen / vornanGehen.

(2) *præcellere*: über Treffen.

-ssor, 955. vorGänger.

-daneus, vorher Gehend.

proCe-dere, *progredi*: HerFür Gehen.

(2) 399. 451. *&c.* Fort Gehen / von Statten Gehen / verFahren.

-ssus (*ûs*) HerFürGang. (2) 236. 580. Fortgang. (3) *apud JCtos*: 823. Process.

reCe-dere, 638. (& retro Cedĕre, 431.) Hinter sich Gehen / Zuruck Weichen / Zuruck Gehen. -ssus,

Incede *modestè*, *ut tuus* incessus *laudetur*: *aliò verò* incessere *cave*. *Si tibi cum aliqvo simultas* intercedit, (1) *& aliqvis* intercessor *pro illo* intercedit (2), *admitte* intercessionem (1), *si tibi non* intercedat (3). *Qvi cupit aliqvò* secedere (1), *qværit* secessum (2): *sed ab alio* secedere, (2) *est* secessio (2). Procedimus, *cùm porrò imus*; recedimus *cùm retrò imus*: *ibi est* processus (2); *hic*, recessus.

-ssus (ûs) Zuruck Weichung / AbTretung / Zuruckgang.
(2) locus in qvem receditur: 779. abgelegener (Hôl) Winckel.
-ssio, idem, qvod Recessus, 1. sign.

seCē-dere (1) aliqvò, beseits Gehen / entWeichen / abTreten.
(2) ab aliqvo: abWeichen / abFallē.
-ssio, entWeichung / (2) abFall.
-ssus (ûs) idem. abWeichung.
(2) locus secretior, in qvem seceditur: 733. (Heimlicher) Abtritt.

sucCe-dere, subire: worunter Treten.
(2) in alterius locum venire: 355 572. 705. 875. an eines andern stelle Kommen / Folgen.
(3) bene vel malè ire: Wol oder übel sich anlassen / von statten gehen / Gerathen / gelingen.
-dāneus, eines andern Stelle verTretend.
-ssio, Das nachFolgen / (im Ampt)
-ssus (ûs) 652. Fortgang (gutt oder böß)
-ssīvus, 557. auf einanderFolgend / eines nach dem andern.
-ssor, qvi alteri succedit: Der da nach kommt. (2) nachFolger (im Ampt.)

Qvi præcessit, (1) habet successorem (1 & 2), succedentem (2) ordinariâ successione; sed succedaneo isti non semper simili successu succedit. (3)

Cedr-us, arbor de abiegno genere nobilissima, à putredine tuta: 112. Cederbaum / Ceder. [κέδρος]
-ius (& inus) liqvor: Ceder- safft.
-ātus,

E Cedro habemus cedrinum oleū: libros cedratos tinea

-ātus, *cedrino oleo perunctus*: mit Ceder Oehl gemacht.

neã non attingunt.

Cēl-āre, *nè qvid resciatur, curare*: 632. Hölen/ verBergen/Heimlich halten. [*ab H.* Cala, *claudere, unde & G.* καλύπτω, *occulto.*]

-ātè (*&* -ātim) Heimlich/Verborgentlich.

Cŭlĕre, *antiqvis idem est, qvod* Celare. *Unde*

ocCŭl-ĕre, [*ui, tum*] *aliqvid obtegere nè videatur*: 270. verHēlen/verbergē.

-tus, 501. 508. *&c.* verHölet/verborgē.

-tè, 918. Heimlich/ Verborgentlich.

-tāre, *diligenter occulere*: 115. 136. (wol) Verbergen / oder Verhölen.

Celamus, *qvod volumus* occultum *habere*: *milites, in insidijs* cælatim *disposita*, occultantur *ad eruptionem.*

Cĕlĕb-er (*&* -ris, 796, *&* -rātus, 561.) *famâ clarus*: Berühmt. [*à* κλέος *&* φέρω, *gloriam fero.*]

(2) *crēber*: Volckreich.

.)(. inCelebris, unbe Rühmt.

-rĭtas, (*fama*) Berühmter Nahme.

-rĭter, Rühmlich.

-rāre, *publicè prædicare*: Rühmen/Preisen. (2) 564. 739. 812. 880. BeGehen / Feyren/ Halten.

-ratio, Das Rühmen. (2) 965. Feyrung/ Haltung.

Celeber (1) *vir est, qvē* celebritas *fama publicè* celebrat (1): celebris (2) *urbs, in qva multi populi* celebrant (2) *suos conventus.*

Cĕl-er, (*&* -ĕris,) *motu agilis*: 491. 678. Geschwind. [*à* χαλαργὸς, *idem*: *vel à* κέλλω, *properatè curro.*]

-ĕrĭter,

Celer celerat *iter* celeriter; *majori tamen* cele-

-ĕrĭter, 612. (& -ĕranter & -errimè, 61.) Geschwind.
-ĕrĭtas, 448. (& -ĕrĭtūdo, 848.) Geschwindigkeit.
-ĕrare, 444. Geschwind fort machen.
acCĕlĕrāre, gar geschwind Fort machen.
(2) *Tr. pedibus*: gar geschwind zu Fuß Lauffen.
Cel-ĕres, 887. Lackay.
-ox (*ŏcis, f.*) *navis genus, celerrimè currens*: 448. Jagt-Schiff / RennSchiff.
-es (*ĕtis; vel ĕtis*) *eqvus desultorius, & eqves desultor*: 444. ein Lauffer / RennRoß. [κέλης]

celeritate *illud absolvit, si utatur* celoce, *vel* celete, *qvàm si* acceleret (2) *pedibus*.

Cell-a, *rerum utensilium conditorium subterraneum*: 374. &c. Keller. [ἀχελώπ, *fornix, testudo.*]
(2) *in sp. conclave Cœnobij*: Münchs-Zelle. (lein.
(3) *foramina favi*: 350. Rooß Löch/
(4) *loculamenta qvalìacunq*: 227. Fächer. (lein.
-ŭla, (*dim.*) 271. 492. Kellerlein / Fächer-
-aris (& -ārius) *ad cellam pertinens*: Kellerisch / Keller-
-ārius, 860. (& -āria) *cellæ custos, promus condus*: Kellner (-in.) Kellermeister (-in)
-ārium, *idem qvod* Cella.

In cella (1) *condit* cellarius cellaria *utensilia*. *In* cellis (2) *degunt Monachi*. *In* cellas (3) *congerunt apes mel*. *In* cellis (4) *repositoriorum reponimus varia*.

Cellĕre,[††] *celeriter sursum movere, obsoletum.* [ἀ ζέλλω, *jacio.*] *Sed hinc est*

Cels-us, *in sublime motus:* 915. Hoch erhabē.

-ĭtas (& -ĭtūdo) Hoheit.

anteCellĕre, [*antecellui,* †] *præ alijs eminere:* 688. Empor (vorher-) Gehen/vor Gehen.

exCell-ĕre, überTreffen.

-ens, 675. VorTrefflich/ überTrefflich.

-enter, vorTrefflglich.

-entia, 954. vorTrefflgkeit.

ex- (& præ-)Celsus, 935 *idem q* Celsus.

exCelsitas, 195. Hoheit / erHabung.

perCellere, [*percul-i, -sum*] *celeri motu pervertere:* umbwerffen/ umbStürtzē.

(2) *terrefacere:* 637. beStürtzen / beStürtzt machen.

perCulsus (*horrore*) 901. beStürtzt.

præCel-lere, 597. *idē quod* Antecellere.

-lens, *idem quod* Excellens.

proCell-ere, *celeri motu projicere:* 40. weg Werffen / weg Schlagen/Zuboden Schlagen.

-a, *ventus, qui naves projicit & disjicit:* 40. Sturmwind.

-ōsus, 40. Sturmwindicht.

reCellere, 846. Wiederschlagē / zuruck werffen.

Vt celsa turris, celsitate fastigij antecellit humiles casas; sic vir excelsi animi & excellentis virtutis, præcellit plebejos suâ excellentiâ. Dum procella, in procelloso mari, procellit naves, aut percellit (1) eas, aut percellit (2) navigantes adeo, ut perculsi horrore, sciant q̄vid agant.

Celox v. Celer. *Celsus* v. Cellere. *Celtis* v. Cælites sub Cælare.

Cens-ēre, [*ui, um*] *qvid res aliqva sit aut possit, dijudicare:* Schätzen. [ἀ καινίζω, *renovo.*]

(2) ge-

Censor (1) censet (1) facultates fa-

(2) *generaliter, Existimare*: 883 933. 983. Achten/ verMaynen.

-io, *æstimatio bonorum possessorum, secundùm qvam tributa penduntur*: Schätzung.

-us (ûs) *pensio ipsa ex bonis censitis*: 787. 874. Schatzung/Zinse/Gült/Auflage.

(2) *reditus de bonis possessis*: Einkommen.

-or (& -itor) *qvi censui præest*: Schatzmeister.

(2) *qvi mores censet, Magister morum*: Zuchtmeister.

(3) *qvi alienos libros censet, ac dijudicat*: 497. AfterSchrifftSchätzer.

-ūra, *alienorum bonorum aut laborum inspectio, & dijudicatio*: Schätzung / Scharffes guttachten.

(2) *censoris dignitas*: Schatz- (Zucht-) meisterey.

ac Cens-ēre, *aliqvid censis jam annumerare*: 349. 932. Zu den andern Schätzen/ (Zehlen/ oder Rechnen.)

-i, *milites legioni complendæ additi*: Verstärckungs Soldaten.

(2) *Censorum, (Consulum & Prætorum) ministri publici*: 825. StadtKnechte / GerichtDiener/ Rathsboten.

perCensēre, 466. HerZehlen.

civium, justâ censione, pro colligendo publico censu (1): *qvem cùm tempus esse censet* (2), *exposcit per* Accensos (2), & accenset *ærario: illis autem, qvi suos census* (2) *fallaciter* recensent, succenset, *eosq; severâ* censurâ (1) *notat.* Censores (2) *morum oppidatim constitui, qvam foret utile! sed ita, ut* censura (2) *sit gravis & libera.*

reCens-ēre, [ui, um & -itum] enumerando censere: 445. 559. erZehlē.
-io (& -us, ûs) abZehlung/ Musterung.
sucCensēre (alicui) ob rem, qvam qvis indignam censet, irasci: 663. (auf jemanden) unWillig seyn.

Centaurium, 97. Tausendt gülden Kraut.

Centaurus, 317. Mensche-Pferd.

Cent-o (ónis, m. & -uncŭlus) vestis, versus, & qvidvis aliud, ex multis particulis consarcinatum: 394. Flickwerck/ Betlers Mantel. [κέντρων, id.]

Centr-um, punctū in orbis medio: 294. 520. Mittel- (Circkel-) Punct. [κέντρον.]
(2) in ligno durior nodus: ein Harter Knorr.
-alis, Mittelpunctisch/ (was recht im Mittel ist.
-osus, Knorricht.

Centrum (1) globi est unicum, à qvo exeunt centrales radii; sed centrosum lignum habet multa centra. (2)

Cent-um, decies decem: 512. Hundert. [ex ἕκατον, id.]
-ies, centum vicibus: 68. Hundertmal.
-ēsĭmus, inter centum ultimus: 569. Der Hundertste.
-ēni, (æ, a,) per centum distributi. 575. je Hundert/ Zu Hundert.
-ēnārius (numerus;) centum continens

Centum libræ faciunt Centenarium (2); Centeni milites, centuriam; Centies erratum, centuplicem errorem.

nens: 512. Hundert (Zählig/Pfundig/&c.)
(2) -enarium, *aliàs centumpondium*: ein Centner.
-ĭnōdium, 86. [*à multis nodulis sic dictum*] Wegtritt.
-umpondium, 536, *v. Pondo.*
Centupl-ex, Hundertzältig.
-us, HundertFach.
Centŭri-a, *cohors centum militum*: 889. ein Hauffe von Hundert Soldaten / ein Compagnie.
-ātim, *per centurias*: Hauffenweise / Rottweise / nach Hunderten / Compagnie weise.
-o (*ōnis, m.*) *centuriæ præfectus*: (*vulgò B. Capitaneus*) 889. Hauptman (über Hundert)
-ātus (*ûs*) *officium & dignitas Centurionis*: Hauptmanschafft.
-āre, *in centurias distribuere*: in Hundert abTheilen.
conCenturiare, 889. Zu HauffLesen/vertheilē.
sucCentŭri-āre, *centurias supplere*: Die abgangene Zahl/(an Hunderten) ersetzē.
-āti milites, *qui præliantibus succurrunt*: 900. Zu Hülff / komende (entsatzungs) Soldaten.
NB. 1. *In Compositis quibusdam mutatur C in G. Dicimus enim* Ducenti, 543. Trecenti, Quadringenti &c.

rem, eam centupla *noxa.* Centuriones, *fungentes suo* centuriatu, centuriant *milites* centuriatim: *defunctis* succenturiant *alios; lassisq; prælio submittunt* succenturiatos. *Legiones cōstant ducentis* (*ducenis*) *trecentis* (*trecenis*) *quadringentis &c. militibus.*

2. *Distributiva mutant Centeni in* Ceni *vel* Geni: *ut*, Duceni, Triceni, Qvadriceni, Qvingeni, *&c.*

Cephăl-ĭcus, *capiti serviens*: Dem Haupt dienlich. [κεφαλικὸς]

-algia, *capitis dolor*: 311. Hauptwehe.

Cēp-ŭla, *olus bulbosum, acris saporis*: Zwiebel. [*ex H.* Bazal. *id.*]

Hinc per Syncopen Cēpa, 89. (*æ, f. &* Cēpe, *g. n. indecl.*) *idem.* 89. 488.

-ētum (*&* -īna) *locus cepis consitus*: Zwiebelgarten/ Zwiebelbeth.

Cēr-a, *materia bituminosa, è favis expressa*. 129. 350. Wachs. [κηρὸς]

-eus, *ex cera factus*: 423. Wächsin.

(2) *Nomin.* 722. Wachslicht.

-eŏlus, *candela cerea*: Wachslicht/ Wachsstöcklein.

-ōsus, Wachsicht.

-ĭnus (*color*) Wachsgelb.

Cērā-rius, *qvi ceram tractat, vendit &c.* 423. Wachs-Händler/ Wachsstöckler.

-re, *cerâ obducere*: Wächsen.

-tus, 391. geWächset.

-tūra, Wächsung.

-tum (*vel* Cērōtum, 819. *ex* κηρωτὸν) *medicamentũ emplastro mollius, ungvento solidius*: Wachs-Pflaster.

E ceroso melle fit cera; *ex qva cerarius facit* cereas *candelas*, cereolosq;. *Chirurgus* cerat *&* incerat *linteum*, *diligenti* cerarâ, *ut* ceratum *fiat*, *&* cerinum. *Pictor utitur* cerussâ; (1) cerussam (2) *qvare apud* cerussatas *mulieres*.

inCē-

inCerāre, *idem quod* Cerare: mit Wachs überziehen.

Cēruss-a, *olim cera pictoria: nunc flos quidam, ex ramentis plumbi & aceto compositus*: 64. Bleyweiß.
(2) *quô quia mulieres faciem fucant, expone*, Schmincke.
-ātus, geschmincket.

Cĕras-us (*i, f.*) *arbor pomifera*: Kirschenbaum. [κέρασος]
-um, *fructus cerasi*: 114. Kirsch/Kirschē.
-a *Appromana*, Weisse Kirschē/Weichseln.
Juliana, Wald Kirschen/Vogel Kirschen.
Duracina, Amarellen/Sawre Kirschē.

Cerasus *dat* cerasa *Apromiana*, cerasa *Juliana*, cerasa *Duracina &c.*

Ceratonia, 103. S. Johannis Baum.

Cercopithecus, 187. MeerKatz/ SchwantzAff.

Cerdo (*ónis, m.*) *quilibet sordidus opifex*: 393. Stäncker / Sudler.
in sp. (1) *coriorum præparator*: 779. ein Gerber.
(2) *veteramentarius sutor*: ein Lapper / ein SchuchFlicker. [*Ergò q.* Sordo *à Sordeo.*]

Cĕrĕb-rum, *capitis medulla, sensuum officina*: 227. *&c.* Hirn/ Gehirn. [*ab H.* Kereb, *medium, intimum; eo sensu quô Latinis* Medulla: *vel à G.* κάρα, *caput; q.* Carabrum.]
-ellum, 227. Hirnlein.
-rosus, *mirabilis cerebri homo*: Hirnwütig.

Cĕrĕmōn-ia (*vel* Cerimonia) *gestus & ritus sacri*, 942. Kirchen gepräng/ Ceremonies.
[*q.* Gerimonia.]
-iālis, 940. 942. (& -iōsus) Ceremonien- Ceremonialisch.

Cĕrĕ-s, (*ĕris, f.*) *frumentum*: Korn/ Getreyd.
[*ab H.* Gæresch *Fructus.*]
(2) *NB. Ethnicis erat Dea frugum*: 931 KornGöttin.
-ālis, *frumentarius*: Korn-
-vīsia (& Cervīsia) *potus ex frugibus excoctus*: 369. 378. Bier.
[*q.* Cereris vis.]
-vīsiārius, (*s. a. v.*) *cerevisiæ coctor*. 378. BierBräwer/ Meltzenbräwer.
(2) *aut venditor*: ein Bierschenck.

E Cerere (1) *coqvit* cerevisiarius (1) cerealem *potum*, cerevisiam; *qvi vendit* cerevisiarius (2).

Cern-ĕre, [*cre-vi, -tum*] *evidenter separare*, Scheyden:
[*à* κρίνω, *cerno, decerno.*]
(2) *in sp. separare à frumentis inutilia*: 356. Sieben/Sichte/ Reutern.
(3) *visu res discriminare*: 204. 290. Sehen.
-uus, *qvi inclinato capite terram cernit*, 289. Niedergebückt (herein sehend/) Vor sich nieder gebogen.

Cernuus cernit (3) *deorsum*.

Composita à 1. Signif.

---

dēCernĕre, *certò tandem qvid aliqvid sit, determinare*: 830. 832. entScheyden/ beStimmen/ beSchliessen.

Iudex discernit *inter æqvum & iniqvum*, disc-

deCrēt-us, *judicio constitutus*: beStimt/ beSchlossen.
-um, 831. beStimter Schluß/Rathschluß.
-ōrius dies, *ad decernendū dictus*. Der beStimmte Tag.
disCernĕre, *visu aut judicio, aut instrumento externo, aliqvid dividere*, 590. 939. VnterSchëyden.
disCr-ētio, VnterSchëydung.
-ētor, 413. Schëyder/ Pocher.
-ētus, 19. 122. VnterSchieden.
)(. inDiscretus, (*a, um*) 590. Vnunter Schieden.
-īmen (*pro* Discremen, *e in i*) *separatio, differentia*: VnterScheid.
(2) *certamen, periculum*: 452. 706. Gefahr.
-īmĭnāre, 207. 261. 263. VnterSchëydē.
-iminatus, (*a, um*) 488. VnterSchiedē.
-īmĭnātim, VnterSchiedlich/ Mit unterSchëyd.
)(. indiscrīmĭnātim, 212. Ohn unterSchëyd.
disCernĭcŭlum, *aliqvid quō res discernuntur*: *in sp. Instrumentum quō puellæ capillos discernunt* (*quod &* Discriminale *dicitur*) Auffsetznadel/Schëydnadel.
sēCernĕre, 336. 385. (*&* sucCernere) abSchëyden/ abSondern.
sēCrēt-us, (*a, ū*) 413. abgesondert/ Heimlich.
-um, Heimligkeit.

discretione *justâ*, discrimen*que*. (1) *ostendens, ne in* discrimen (2) *Veniat innocentia*, *falsum* secernit, *&* decretum *justum* decretorio *die* decernit.
Puella crines discriminat discerniculo *argenteo vel osseo* indiscriminatim.
Secretarius, *consignat* secreta *negotia servat*que secretò.

 -ò,

-ò, Heimlich.
-ārius, *secretorum scriba*. (*s. a. v.*) 877. ein Secretarius.

Compos. à 2. Signif.

ex Cernĕre, *separando ejicere*, 354. auß-Sichten / auß-Werffen.
exCrē-tus (*furfur*) außgeSiebet / außgeBeutelt.
-mentum (*cerebri, oris, alvi &c.*) *qvicqvid excernitur*: 239. 244. 815. Außwurff / außgeWorffen / unFlat / geSchmeiß. (tern.
inCern-ĕre, *cribro purgare*, Sieben / Beu-
-ĭcŭlum, 335. (& Subcernĭcŭlum, *vas foraminosum, quò frumenta similesq; aridæ minutiæ incernuntur*: Das Reuter. (2) Der Beutel in dem Mehlkasten.
seCrēmentum, *inutilis superfluitas*: 336. ab Gang.
Concernit, (*s. a. v.*) 880. Anlanget / angehet.

Tritor incernit *frumentum* subcerniculo, (1) recrementaq; excernit. *Sus* excrementis *pascitur*.

Cert-us, *exactè perspectus*, 241. 242. &c. Gewiß. [*q.* Cernitus, *qvem cernimus*.]
.X. inCert-us, *a, um*, 29. 581. unGewiß.
-è, 3. 432. (& -ò, 646.) geWißlich. (wiss.
-ĭtūdo, (*s. a. v.*) 586. geWißheit.
inCertitudo, 588. *antiqvis* incertum, 608.) unGewißheit.

Certum *est*, *cui non certò constat* certitudo *rei, non debere tanqvam pro* certo certare (2) *verbis*, *aut* certare (1)

pro

pro Certo, Für gewiss.
-āre, de rei certitudine contendere, seu pugnare, Wetten.
(2) seu armis, aut verbis, 851. Kämpffen / Streiten.
-āmen, 847. (& -ātio, & -ātus, ûs) Die Wette/ (2) Kampff.
-ātim, cum certamine, 602. in die Wette: (2) Kampfs Weise.
conCertā-re, simul certare, mit einander (Wetten oder) Kämpffen.
-tio, 858. (& -men, 851.) mit einander (Wettung/ oder) Kämpfung.
deCertare, freqventer certare, 847. offt und viel Streiten/ sich Rauffen.

(1) pignore aut decertare armis. Tale n. certamen, (1) & concertamen, tametsi certatim fiat, temerarium est.

Cerussa, v. Cera. Cervisia, v. Ceres.

Cerv-ix, (-icula) pars colli posterior: 209. 218. Der Nacke / das Genick / die Ancke. [q. Curvix, ab incurvando: vel ab Hebr. Tsavvar, collum.]
-icāle (scil. pulvinar) & Cervical: 469. HauptKüssen.
-icōsus, cervicis duræ, HartNeckig.

Cervici supponimus cervical: cervicosus est pertinax.

Cerv-us, animal ingentia cornua gerens, 179. Hirsch. [ἀ κεραὸς, cornutus.]
-a, 179. Hinde.
-īnus, Hirschen / Hirsch-

A Cervo veniunt cervina cornua, quibus Cerva caret.

Cespes, v. Cæspes. Cessare, v. Cedere.

Cestra,

Cestra, [κέστρα] *malleus rostratus*: Streit-Hammer / Tschackan.

Cestus, *acupictum cingulum, qualia virgines gestabant*: JungFraw gürtel. [Gr. κεστὸς.]

Cēt-us, (*i, m. vel* Cēte, *n. indecl.*) *omnis piscis, inusitatæ magnitudinis*: 157. ein grosser MeerFisch. [Κῆτος]

-ārius, FischHändler.

Ceu, *velut, quasi*: 51. gleich wie / Alß. [*H.* Coh, *sic, sicut.*]

Chalcantum [χάλκανθον] *L. Vitriolum*.

Chalcŏgrăphus, [χαλκογράφος] 478. Kupfferstecher.

Chaldæ-a, Chaldea / Chaldeer Land.

-us, 574. Chaldeer.

Chāl-ybs, (*ybis, m.*) *ferrum conduratum*, 65. 367. Stahl. [χάλυψ]

-ўbeus, 415. Stahlig. Stahl.

Cham, 569. Der Cham.

Chamos, 929. Chamos.

Chăŏs, (*n.*) *confusio, miscellaneum quid*: 19. etwas verWirretes / ein vermischtes wesen / Gemeng. [χάος, ὰ χέω, *fundo, spargo.*]

inChŏāre, *incipere*. 569. 985. AnFahen. [*Quicquid enim incipit, rude est.*]

Quicquid inchoatur, chao *simile est*.

Chăracter, *insculptum rei signum*: 795. ein gegraben Zeichen. [χαρακτὴρ, ὰ χαράττω, *sculpo.*]

(2) *ingen*: 343. 544. 964. ein MerckZeichen.

(3) Characteres reales, 486. Sachendeutige Schrifft.

(4) Cha-

Chart-a, *membrana scriptoria, ex quacunq; materia*, 478. 488. *&c. communiter*, Papier. [χάρτης, & χάρτον: *an etiam à* χαράττω? *h. e. ab imprimendis literis*?]
-ula, 725. Papierlein/ Zettel.
-æ lusoriæ, 851. Spiel Karten/ Karten.
-ācĕus, *ex charta*: 729. Papierin.
-ācĕum volumen, ein Buch Papier.
-āria *officina*, Papier mühle.
-opæus, Papiermacher.
-æ integræ liber, *in folio*, ein Foliant.

Charta *paratur à* chartopæo, *in* chartaria *mola, complicaturq; in Volumina* chartacea: chartas lusorias *studiosus ignoret.*

Chār-us, [χαρίεις] *amabilis, gratus*: 799. lieb/ (angenehm.)
-ĭtas, *amabilis in alium propensio*: 956. Die Liebe.

Charum *habere Deum & homines* charitas *est.*

Chasma, *L. hiatus*: 35. ein Klufft/ Himmels-spaltung. [χάσμα, à χάω, *& usitatius* χαίνω, *hisco.*]

Chēlæ, (*ārum*) *brachia cancrorum*: 159. Krebsscheeren. [χηλαί]

Chiliarcha, 889. Oberster/ (über Tausendt.)

Chīmi-a (& Chīmica) *ars destillatoria*: 704. Distillier kunst. [χημεία; *aliis* χυμία.]
Al-chīmia, (*cum articulo Arabico*) *metalla transmutandi scientia*: Alchymey.

Chimia *destillat aqvas*: Alchimia *transmutat metalla*; Alchimista *qværit aurum*.

-cus,

-eus, 816. (-sta, & Alchimista, 418.) Distillirer/ Alchymist.

Chin-a, Chinen.

-ensis, 486. 560. Chineser.

Chir [χειρ] *manum significat. Hinc*
Chir-agra, *arthritis manuum*: 305. Hand-Gicht/ Zipperlein.
-ographus (& -ographum,) *V. Graphice.*
-omantes, 597. Handwarsager.
-otheca, [χειροθήκη] 392. Handschuh.
-urgus, *manualis medicus*, LXXXVI. 820. Wund Artzt.
-urgia, *ars chirurgica*. Wund Artzeney.
-urgicus, 806. Wund Artzeneyisch.

Chiragra *laborans, non potest* chirographũ *scribere, nec* chirothecas *induere*: à Chirurgo & chirurgia *habet parũ levaminis, nedum à* chiromante.

Chlam-ys, (*ydis, dim.* -ydula) ein Reit Rock. [χλαμύς]
-ydatus, 889. mit reit Rock umbgeben.

Choler-a, [χολέρα] *L. flava bilis, eáq; infectus sangvis*: 232. Gallig geblüt.
(2) *felliflua passio*; 299. Bauchgrimmen/ (von übrigen galle;) Außschüttung der galle unten und oben.
-icus, [χολερικὸς] 233. Gallenblütig / Cholerischer.
(2) Bauch grimmig. (3) Gehzornig.

Choraula, (*æ, m.* χοραύλης] 844. ein Spielmã.

Chorda, *ex intestinis tortum filum*: 475. eine Seyte. [χορδὴ, *Intestinum & Chorda. Fiunt enim ex intestinis.*]

deca

dĕcăChordum, ein Instrument von Zehen Seyten.

Chordum (*fœnum*), *serotinum: quod autumno secatur:* 342. Grummet. [ὰ χόρτος, *gramen.*]
Hinc translatè,
Agni chordi. Spätling.

Chors, v. Cohors.

Chŏr-us, *canentium vel exsultantium cœtus*: 960. ein Singender (oder Springender) Hauffe.
[χορὸς, ὰ χαίρω, *gaudeo, lætor.*]
(2) *primaria Templi pars*: Chor.
-ea, *saltatio solennis*: ein Tantz.
-eas ducere, [χορεύειν] 844. Tantzen.
-ăgus, *choreæ dux, præsultor & præsul* [χορηγὸς] 844. VorTäntzer/ (Spiel-Meister.)
-ăgium, *locus choreis destinatus*, TantzHauß/ Tantz Platz.
-eutes (*æ, m.*) *saltator*: ein Täntzer.

Chorus *cantat*, vel *saltat*: Choragus *adornat* choreas; Choreutæ choreas ducunt *in* choragio.

Chrisma, [χρῖσμα] *L. unctio*: 964. Salbung / Oehlung.

Christ-us, 576. Christus.
[χριστὸς, *unctus*, Gesalbter.]
-ianus (*a, um*) 577. Christlich.
-iānus, (*i, m.* 564. 950. Christ.
-iānismus, XCVII. 956. Christenthumb.
-iānitas, Christenheit.

A Christo *nuncupati* Christiani *profitentur* Christianismum, (*h. e.* Christianam *fidem*) *per totam* Christianitatem.

Chrŏ-

Chrŏn-ĭcus, *multo tempore durans*: 310. Lange Zeit wehrend. [χρονικὸς, à χρόνος, *tempus*.]
-ĭcon, *temporum historiæ*: 566. ZeitBücher/ Chronick.
-olŏgus, 563. Zeit außRechner.
-ŏlŏgia, LVII. Zeit außRechnung.

Chronici *morbi tardè curantur*: Chronologus, *qui* Chronica *scribit*, chronologiæ *sit peritus*.

Chrȳsŏlĭthus, *gemma*, 76. Chrysolith.

Chrysŏprasſus, *gemma*, 76. Chrysopras.

Chylus, *cibus in ventriculo concoctus, cremoris instar*: 237. 238. Das verDawete / Dawungssafft [à χυλὸς, *succus*.]

Cĭb-us, *esca qualiscunq́*: 163. &c. Speise. [κάβη]
-āre, *cibo pascere*, 965. Speisen.
-ātus (*ûs*.) Speisung.
-ālis fistula (*Lactantio*) SpeißRöhr.
-arius, (*panis*) *quotidiani cibi*, Speiß- Hauß- grobes-
-ārĭa (*sc. alimenta*), 135. (allerley) Speißwaar / Eßewaar.

Delicati cibi, *variaq́* cibaria, *serviunt* cibatui *divitum*: *pauperes* cibantur cibario *pane, dum modò suppetit*.

Cĭcāda, *insectum pratense stridulum*: 150. ein Hewschrecke. [ἀχέτα.]

Cĭcātrĭ-x, (*icis*, -cŭla) *vulneris sanati vestigium*: 293. Wundmahl/ Narbe/ Schram. [*q.* secatrix.]
-cōsus, Voll Schramen/ oder Narben.

Multæ cicatrices *faciunt* cicatricosum.

Cĭcer, 93. (*ĕris, n.* & Cĭcĕra (*æ, f.*) *parvulum pisum angulatum*: Kichern.

Cicero, 685. Cicero.

Cĭchŏre-a, (& Cichorium, 97.) herba medicinalis: Wegenwarth / Endiwien [κιχώριον]

Cĭcindēla, vermiculus in tenebris candens: 151. Johannis würmlein. [quia candet, h. e splendet.]

Cĭcōnia, avis serpentibus infesta: 148. 252. ein Storch / oder Storck.
(2) machina haustri putealis, à similitudine oblongi colli: Brunnenschwengel.

Cĭcur, (ŭris, g. o.) ex fero mansuetum factum: Zahm / Bendig. [quod se cieri curat, i. e. patitur.]
inCĭcur, UnBendig.
Cĭcŭrare, 185. Zähmen / Bendig machen.

Ut incicur animal cicur fiat, cicurandum est.

Cĭcūta, herba venenosa, caule cavo, & geniculato: 98 Wütrich / Wütscherling / Schirlingskraut.
(2) Virgilio pro calamo seu fistula.
[à G. κύτος, cavitas.]

Cĭ-ēre, vel Cīre, [vi, tum] celeriter movere, seu voce, seu re ipsâ: 16. Rügen / Rücken / erRegen.
[G. Σίω, & σείω, agito, incito.]
Hinc
-tus celeriter motus: erRegt / Behend.
-tò, 13. (-tātim & -tissimè, 310.) Risch (q. d. rügisch) geschwind.
-tius, 863. Rischer / geschwinder.
-tāre, ad comparendum vocare: 827. anRegen / Herbey Fordern.
-tātus, erRegt.

Qui turbas ciet, citò ad magistratū citatur; citatusq; (2) si non compareat citatim, severius accitur, aut per accersitores accessitur. (2)

N (2) Tr.

(2) *Tr. vocatus*: Herbey geForbert.
(3) *celer*: Risch / Behend.

acCīre, (acCiēre, acCitāre) *ad se vocare*, beRuffen / Zu sich Forbern.

acCers-ĕre (& -īre, & -arCess-ĕre, 826. (*īvi, ītum*) *ire vocatum*: Ruffen gehen.
(2) *vocare*: beRuffen / be Schicken.
(3) *adducere*, 801. Herbey Bringen / (über sich) Bringen / auf sich Laden.
-ītor (& arcessītor) beRuffer / Stadtdiener.
-ītus (arcessītus, & acCītus) Herzu beRuffen / erForbert / be Schickt.

conCí-re (conciére, 880.) & conCĭtāre, 687. 883.) *commovere*, erRegen / Bewegen / auffWiegeln.
-tus, (& -tātus, erReget / Beweget.

conCī-re (2) *in unum convocare*, Zusammen beRuffen / verSamlen.
-o (*ónis*, *f.*) *populus convocatus*, 962. Zusammē beRuffen Volck / verSamlung.
(2) *oratio ad concionem*: 962. volcks anRedung / Predigt.
-ōnālis, Zur Predigt gehörig.
-ōnārius *populus*, *Cic.* (Predigt) Zuhörend volck.
-ōnāri, *ad concionem loqui*, Predigen.
-ōnātor, (*antiquis ferè pro* Concitatore *populi*) 961. Prediger.

Qui plebem quærit concire, (1) & *in aliquid* cōcitare, *solet eam in unum locum* concire (2) & *habitâ* concione (2) *ad* concionem (1) *suadet quod bonū putat.* Concionator concionatur concionali *sermone* concionario *populo.*

exCī- *Qui*

exCī-re (exCiēre, 687.) *alicunde evocare*: Herauß Fordern/Herauß Bringen.
-tāre, 35. 273. &c. er-(auf-) Wecken.
(2) *ad diligentiam*, 502. Aufmuntern.
-tus (& tātus, 51.) *è loco vel qviete emotus*: erWecket.
(2) *agilis*, Wacker/ Hurtig. (Risch.
inCĭt-us (& -ātus, 361. 693.) angeTrieben/
(2) *cieri ampliùs non valens, immobilis.* unbeWeglich/unverRücklich.
Ad incĭtas (*scil lineas*) redigi, *h. e. in angulum contrudi, unde te movere neqveas*: Nicht weiter können.
-are, Hetzen / anHetzen.
-amentū, *qvo incitatio fit*: anHetzung.
perCi-ēre, *celeriter incitare*, Plötzlich bewegē.
-tus, (*a, um*) 149. Gestochen / geBissen.
rĕCĭtā-re, *iterum citare*: *Tr.*
(1) *aliqvid scriptum, clarâ voce legere*: 700. Lautlesen.
(2) *memoriæ mandatū nunciare*: Außwendig sagen/ erZehlen.
-tio, erZehlung.
-tor, 595. erZehler.
susCĭtā-re, 820. (& exsusCĭtāre, 491.) erWecken / aufWecken.
-bŭlum, aufWecker / Wecker.
rĕsusCĭtāre, wieder erWecken/auferWecken.

Qvi per exercitia vim ingenij exciet, *facit acsi hominem è somno* excitet, *& ad negotia* excitatum (2) *reddat.*

Incitare *aliqvem* incitamentis, *facit* incitū (1): *sed si* incitus (2) *est, & ad* incitas reda-*ctus*, percie-ri *non poterit.*

Recitamus (1) *alijs scriptum*; *&* recitamus (2) *qvod didicimus.*

Suscitamus *dormientē voce, vel alio* suscitabulo: *sed mortuos* resuscitat *Deus.*

Cĭtra, *character numeri*: 513. eine Ziffer.

Cĭlĭcĭ-um, *textura è pilis asperioribus (hircinis, caprinis, camelinis &c.)* 467. ein Haaren Tuch. [*κιλίκιον; à Cilicia provincia, ubi texi cœpta.*]
-na (vestis). 354. 383. Härin (Kleid.)

Cĭlium, *palpebrarum pili:* 205. Aug-Brawen/oder-Brän-AugenWimpern. [*à κῦλον, palpebra.*]
InterCilium, 207. Der raum Zwischen den Augen Brawen.
SŭperCĭlium, *pars frontis super cilium:* 205. Ober Aug brawen.
Tr. animi elatio. Hinc
SuperCiliosus, Stoltz.
Cīlō, (*ōnis*) *cui frons in medio eminet:* 289. SpitzKopff.

Cilia & Supercilia *aqve habet* superciliosus Cilo, *atq; alius qvis.*

Cimelium, *pretiosa supellex deposita:* 628. Kleinod. [*κειμήλιον: à κεῖμαι, positus sum: qvia reponitur in thesaurum.*]

Cīmex, (*icis, m.*) *pediculus lectuarius, rotundus, odore tetro:* 130. Wantz / Wandlauß.

Cincinnus v. Cinnus.

Cing-ĕre, [*xi, ctum*] *vinculo contrahere:* Gürten. [*ζωννύω*]
(2) *Tr. circumdare:* 361. Rings umbgeben. (nen.
(3) Cingere copijs: 903. Beren-
-ŭlum, *qvô cingimur:* [*ζώνη*] 382. Gürtel.
-ŭla, *qvâ cinguntur eqvi,* 435. (bauch) Gurt.

Cingulo *homines,* cingulâ *eqvi,* cinguntur, *arcto* cinctu; *rursumq;* recinguntur, *si* discincto *esse libet. Sed*

-ulo-

-ulocenus, 382. biß an den Gurtel.

Cinct-us (ûs, & -ūra) umbGürtung.

acCingĕre, 883. anGürten.

acCingĕre se ad aliqvid (Tr.) sich Rüsten. (tet.

acCinctus (& ProCinctus) angeGür-

(2) Tr. paratus, geRüst/ (bereit.)

circumCingĕre, 428. umbGürten.

dis- (& re-) Cingĕre, cinctum solvere: aufGürten / entGürten.

disCinctus, sine cingulo: ungeGürtet.

inCingĕre, einGürten/ (einRestein.)

præCingĕre, anteriore parte cingere: 776. FürGürten / Schürtzen.

præCinctōrium, 417. (sc. linteum) & sēmiCinctium, qvò anteriora teguntur: Schürtz/Schürtztuch.

sub- (& suc-) Cin-gĕre (vestem,) 382. 435. unterGürten.

-ctus, unterGürtet.

(2) Tr. brevis: 997. kurtz.

-gŭlum, (Wehr) Gehengt.

-rāre (& deNigrare, & Nigrĕfăcĕre) Schwärtzen / Schwartzmachen.
-ror (& -rēdo; & -rĭtia, & -rĭties; & -rĭtūdo) 264. Schwärtze/ Schwärtzigkeit.

Niger *corvus totus* nigret; nigella *cornix* nigricat; internigrans *sturnus albas maculas ostentat.*
Qvicqvid nigratur, nigrorem *accipit.*

inter-

interNigrans, *inter album nigricans*: Schwartzweiß.

Nihil v. Hilum, in Hir.

Nil-us, *fluvius Ægypti*: 561. Nilus.
-oticus calamus: 487. ein subtil Rohr (auß Nilo.)

Nimb-us; *præceps imber*: 52. Schlag Regen. [*q.* nimius imber; *vel* [ἀ νίμμω, *aqua.*]
(2) *ornamentū capitis radiatum*: Stralen Zierd / Gülden vorBand.
-ōsus, *nimbum ferens*: Schlag regen bringend / ungestüm.
-āta (*virgo, Plaut.*) mit Gold geZieret / Steralend.

Nimbosa *tempestas affert* nimbum (1). *ImagoChristi pingitur* nimbata, *radiorū* nimbo (2) *circumdante vultum.*

Nimirùm, *indubiè, certè, scilicet*: 96. Nemlich / Freylich. [*q.* non mirum.]

Nimi-s, *plus qvàm satis*: 292. AllZu / Zu / Zuviel. [*ex* Nè, & *minus.*]
-è (& -ò; & -ùm; & -opere; & per & præ-Nimis & præNimiùm) 365. 736. *idem*.
-us, *plusqvàm satis, superfluus*: 272. 309. 798. Zuviel / Zuhefftig.
-ĕtas, *superfluitas*: (*Colum*) 616. Die viele / überfluß.
-oplus, 298. 454. AllZu sehr (oder viel.)

Omne nimium est noxium. Homines tamen nimietatem nimis *avide affectant.*

Ningere v. Nix.

Ninus, 569. Ninus.

Nisi v. Ni. *Nisus* (ûs) v. Niti.

Nisus (*i,*) *accipitris genus*: 146. Sperber / Sprüntzlein.

Nit-ére (& -escĕre) *purum & politum esse*: 416. Nett seyn/Blanck seyn/ Gleissen. [*à* νίπτω, *lavo*: *nam lota nitent.*]

-idus, 62. 773. Nett/ Blanck/Gleissend.

-idè, 180. Nett.

-or (*ōris*) Nettigkeit/ Glantz/ Blăncke.

(2) *Tr. ornatus orationis*: Lieblig keit / (Der Rede.)

-idāre *ferramenta*: *i. e. pollire*: Gleissend und Blanck machen.

-ēdŭla, *musculus nitidus*: ein Weisse Mauß.

(2) *candela noctu lucens*: (gleissendes) Johannis würmlein.

eNitére, 911. Herfür Gleissen / (oder Leuchte.)

interNitere, Darzwischen Gleissen.

præNit-ere, *præ alio plus nitere*: 76. Sehr Gleissen/ Mehr Gleissen.

-idus, *a, um*, 76. sehr Gleissend.

reNitere, Hell Gleissen/oder Leuchten.

Nīti, (*re aliquâ*) *inclinando in illam sese fulcire*: sich (auf etwas) Lehnen. [*ex H.* Natah, *inclinare.*]

(2) *nixu virium aliquid conari*: 849. (nach etwas) Streben.

Nixus (*a, um*) angelehnet/geStützt.

(2) sich verlassend.

Nīsus (& Nixus, *ûs*) *conatus*: 572. Strebung/ gantze leibes Krafft.

ad (*vel* an-) Niti, *vehementer conari*: sich (fleissig) bemühen.

conNiti,

Annulus bene nitidatus *benè* nitet: prænitet *tamen* nitida *gemma*, nitore *suo aspectum perstringens*, (1) Nitedula (2) *noctu* internitet: nitedula (1) *etiam interdiu* renitet. *Tu autem fac, ut tua virtus* eniteat *in omnibus.*

Qui ad honores nititur (2), (*anniti autem*, *laudabilis est* nisus) *virtute* nititur (1). *Hâc* subnixus *potest feliciter* eniti, *quocunque* conniti-

conNiti, 125. Alle kräffte auf etwas legen (oder Strecken/) Mit aller macht Streben.
eNiti, aufStreben.
(2) -ti partum: 744. kinds Genesen.
-xus, noch Strebend.
-xè, (& -xim) *magno conatu*: 418 mit gantzer macht/ Trungentlich.
inNiti, *incumbere*; 212. sich (starck) anlehnen: *Tr.* sich verlassen.
obNi-ti (& reNiti) 846. wiederStreben / sich wieder etwas auflehnē/ sich wiederSetzen.
(2) Obniti, *valde niti*: sich mit macht auflehnen/ hefftiglich nachStreben.
-xè, 664. hefftiglich/ wiederspännigtlich.
reNitens, wiederSetzlich.
subNixus, 214. untergelehnet/ unterStützt.

nititur, *dum modo illi constanter* innititur. *Virtuti* reniti, *est suo honori* obniti.

Nitr-um, *succus quidam concretus sali finitimus*: 60. Berg Saltz/ Salpeter/ Salniter. [νίτρον, H. Nether.]
-āria, *locus ubi nitrum fit*: Salpetergrub (oder hütte.)
-ātus, *nitro mistus*: mit Salpeter gemischt.
-atus pulvis; 897. Büchs Pulver.
-ōsa (*aqua*) *nitro plena*: voll Salpeter/ Salpeter.

Nitrum, è *quo fit* nitratus pulvit, *paratur in* nitraria: nitrosa *aqua in thermis est.*

Nivēre, *inusit. sed frequ.* Nictare, 205. *oculos contrahendo pupillā, cilia & palpebras motitare*: Mit den augē Nicke (oder Zwitzern.) [*ex G. νεύω, nuo.*]
Nictatio, 137. Augen Nickung/ Zwitzerung.

Oculus noster crebrâ nictatione *humescit, ne siccescat: piscinus, quia in humido*

conNīv-ere, Blinzeln.
(2) *Tr. dissimulare*: 789. überSehen/ durch die Finger Sehen.
-entia, 653. das über Sehen/ übersehung.
inconNīvens (& inconNīvus 509.) *non movens palpebras*: ohne Nickung.

est, nō conniver: (1) aqvilinus, dicitur esse ad solem in connivus. Tu connivere (2) disce ubi op9.

Nix, (*nivis, f.*) *pluvia in lanæ formam concreta*: 51. 178. Schnee. [χιών, & Νιφὰς, rετrò.]
Nīv-ālis (& -ārius) 437. *ad nivem pertinens*: Schneeicht/ Schnee-
-eus, *ex nive*: vom Schnee/ Schnee-
(2) *colore niveo, candid9*: Schnee weiß.
-ōsus, *nivibus copiosus*: Schneigerig/ voll Schnee. (gekühlet
-ātus, *nive refrigeratus*: vom Schnee
Ningēre (& Ningvere) *nivibus pluere* [νίφειν] 50. Schneyen.
Ningvidus, *nivosus*: Schnevicht.

Ningvidâ *hieme, & in locis nivosis, ubi multùm* ningit, nivei (1) *aggeres obstruunt vias, omniáqve fiunt* nivata, & nivea (2)

Noa, 568. Noe.

Nōbil-is, *virtutibus clarus* notabilis, 647. Edel.
-ĭtas, 880. Edelheit/ Adel/ Adelstand.
-ĭter, Adelich.
-ĭtāre, *nobilitate donare*: 911. Adeln/ zu Adel (zum Edelman) machen/ zum Ritter schlagen.
igNōbĭlis, 647. unEdel.
perNōbĭlis, Wol Edel/ Hoch Edel.

Nobilis *est, qvem Rex* nobilitavit: *sed propter* nobilitatem *mentis, qvâ eum ab* ignobili *virt9 discriminavit*, nobiliterq; *gesta facinora*.

Nŏc-ēre

Nŏc-ēre, *detrimentum dare:* Schaden. [*ἀ νύσσω, pungo, lancino percutio.*]

-ens (& -ívus) 131. Schädlich.

.)(. inNŏcen-s, *non nocens:* unSchädlich/ (2) unSchuldig.

-tia, 602. unSchuld.

Nox-a, *damnum illatum:* 602. Schaden/ Schädligkeit/ [*ἀ fut. νύξω.*]

(2) *reatus ob damnum illatum:* 602. Schuldigkeit.

(3) *pœna consequens:* 835. Straff.

-ia, Schaden/ Schuld.

-ius, *noxam inferens:* 82. Schädlich (2) Schuldig.

-iosus, *idē quod* Noxi⁹ 1. *signif.* 498.

inNoxi-us, (& inNŏcuus,) *sine noxa:* 194. unSchädlich (2) unbeSchadet (3) unSchuldig.

-è (& inNŏcuè) unSchuldiglich.

obNoxius, *noxæ, i.e. pœnæ obligatus:* Straffwürdig / der Straff unterworffen.

(2) *hinc latâ significatione cuilibet rei obnoxius:* 812. unterWorffen.

Innocens (2) *est q̃vi* innocenti (1) *noluit* nocere, *etiam si fortuitò* nocivus *fuit.* *Voluntaria tantum* noxa (1) *habet* noxā (2), *luereq́ debet* noxā, (3) *sic demū* noxi⁹ (1) *est verè* noxius (2). innoxius *à culpa, nō est* obnoxi⁹ *pœnæ. Tu esto* innocuus (1) *& eris* innocuus (3), *manebisq́ etiam* innocuus. (2)

Noctu-a, *nocturna avis, qvæ dum* noctescit (*i.e. nox incipit*) *volare incipit:* 137. Nacht Eule/Eule.

-ini *oculi, qvi noctu vident:* Eulin.

Nōd-us, *ligatura qvæ non facilè solvitur* [*ex H.* gnanad, *alligare, annectere.*]

(1) *in arbore;* ein Knorr.

Nodosa *arbor liberatur* nodatione *suâ, si inutiles rami cum no-*

(2) *in arundine*; Gelencke.

(3) *in veste confibulanda*: 384. Knopff/ die Kneuffe.

(4) *in filo aut funiculo, ligula*: 565. Knot.

-us laxus, *facilè resolubilis*: Schlinge/ oder Schleiffe.

-ŭlus, (*dim.*) 384. ein Knöpfflein.

-ōsus (& -ātus) 106. Knorricht Knotigt.

-āre, *nodos facere*: Knoten machen/ Knüpffen/ Stricken.

-atio (*abietis*) 324. Knorrigkeit.

abNōdāre (*arborem*) *nodis purgare*: 324. (die Knorren) abHawen/ entKnoten.

conNod-are, 392. Zusammen Knüpffen (oder Stricken.)

-ator, 392. Stricker.

eNod-are (& reNodare) *nodum explicare*: auf Knüpffen/ auflösen/entKnüpffē.

-is 106. ohne Knoten/ gleich auß/ Schlecht.

inēNōdābĭlis, unaufKnüpfflich/unauflößlich.

interNodium, 106. ein Stück Zwischen zwey Knoten/ oder Gelencken.

Nodis (1) *amputentur*; *hoc n. est* abnodari. Enodis *scirpus* nodari *potest*, enodari *non potest*: *qvùm neq;* nodos (2) *habeat*, *neq;* internodia. Nodulis (nodis. 3) *fibulamus Vestes*; nodis (4) *adstringimus funes*; *ligulas a.* nodis laxis. Connodator connodat *tibialia retia &c.* *Logicus* enodat *controversiā*: *sæpè etiam*, *qvæ* inenodabilis *visa fuit*.

Nōla, *tintinnabulum*, 417. Schelle.

[*à* Nola *Civitate Italiæ*, *ubi reperta sunt*.]

Nolle v. velle.

Nōm-en, *vocalis nota rei*: 41. 684. 941. Nennwort Nam. [ὄνομα]

(2) *fama bona*: gutter Nam.

Nomen est, 75. hatt einen nahmen.

-ĭnāre,

Nominare *debemus* nomine *suo unumqvē-qve* nominatim: *atq;*

-ināre, 7. 60. 83. Nennen/ beNamsen/ beNennen.

-inatus, Namhafft/ Weltbenamt

.)(.inNominatus, 117. ungeNennet.

-inatim, 591. Namentlich/bey Namen.

-enclātor, (*qui alios de nomine calat, i e, vocat*) Nenner/Namser.

-enclatio, 12. 814. beNennung/ beNamsung.

-enclātūra *rerum* 8. 998. Aller dingen erZehlung der Namen.

agNomen, 782. *proprio Nomini additum nomen*: zuNam/ zugelegter Nam.

cogNom-en (& -entum) 781. Vbernam.

biNōmĭnis, *duo habens nomina*: 561. zwey Namig/ (der zwey Namen hatt.)

cogNomin-is (*g. c.*) *ejusdem nominis*: GleichNamig/ gleichgenandter (der gleiches Namens ist.)

-are, 26. 686. einen zuNammen / einem zu der Namen geben/ benamsen.

deNomin-are, *de alicujus rei nomine nomen indere*: einem von etwas Namen geben/ erNennen.

-atio, 551. beNennung/erNennung.

igNōmĭn-ia, *nominis infamia*: Böser Name/ *i e.* Schmach/ unEhr.

-iōsus, Schmählich/Schmachhafftig/Ehrloß.

-iosē, 837. Schmählichlich/ Ehrlosiglich.

præNomen, 782. vorNam.

transNominare (*aliqvem*) *nomen illi commutare*: Namen verändern/ vernennē.

si qui sunt cognomines, *distinguere ab invicem* prænominibus, *vel* agnominibus, & cognominibus, *prout qvis* denominationem *alicunde acc*ep*it*. (*Qui* dā nominati *viri etiā* binomines, *sunt*) Ignominiosē *aliqvem* transnominare, ignominia *est*.

Caveant ergò Nomenclatores *qvibus rerum* nomenclatio, *aut* nomenclatura, *permittitur*.

Non, *adv. negandi* [*antiqvũ* Nenum] *Qvando solum stat, redde* Nein *qvando cum verbo*: 25. 31. 426. Nicht.

Ut non, 255. auf daß nicht.

Nonnĭhil, *i. e. aliqvid*: Nicht wenig (Etwas

Nonne? *an non?* Ists nicht?

Nondum: Noch nicht.

Nonnunqvam, Nicht unofft/ zu Zeitẽ.

Non unqvam, Nimmer.

Non *spernis hæ minutias?* Non. *Pergamus ergò.* *Qvod* nondũ *didicisti, in eo nihil petes. Qvod tentasti* nonnunqvam, *poteris* nõ nihil. nonne? *hoc* non unqvam *fallet.*

Nona & *Nonus* v. Novem.

Norm-a, *instrumentum explorandi angulos*: 599. 527. 941. Winckelhak/ Winckelmaß. [*ex* γνώςισμα, *signum ad cognitionẽ datum.*] (2) Richtschnur.

-ālis (& -ātus) *ad normam factus*: nach dem Winckelmaß gerichtet.

-āre, *ad normam exigere*: 956. (einem ding) Maß geben/ Richten.

abNormis (& ANormis) *sine norma factus*: ohne Maß und ordnung / unordentlich/ unRichtig.

eNorm-is, 282. 834. *idem.*

(2) *magnus* [*q. sine mensura*] über Mässig/ ungereumt/ unMäßig.

-itas, über Maß.

-iter, über die Maß.

deNormāre, *a norma aberrare*: der Maß fehlen/ verRücken.

Normâ *exploramus angulos, an normales sint: ipsosq́; etiam* enormes (2) *colossos, an non aliqvid intellis* abnorme *factum, aut* denormatũ, *sit.*
Tu disce, actiones tuas normare, *nè qva ibi* enormitas *committatur.*

Nōro V. Noscere.

Norvegus, 560. die Norwegen.

Nos, *plurare ex Ego*: 491. Wir.
Nostrûm, 641. Vnser| Vnserer.
Nōbis, 12. 21. Vns.
Nos, 16. 18. Vns.
Nobiscum, 425. Mit uns.
Nost-er, (*ra, rum*) *ad nos pertinens*: 17. 22. 50. Vnser.
-râs, *è nostra gente aut patria*: 948. Vnseriger.

Nos *diligimus* nos, & *favemus* nobis & *rebus* nostris, nostratiumq; : q*vis*q*ue* nostrû *sic affectus est*, & nobiscũ *omnes homines*.

Noscĕre (*vel* Gnoscĕre, *ex* γιγνώσκειν) *intellectu tenere*: 277. 704. Kennen. (Wissen.)
Nōro, *contractum ex* Novero, *idem*. 613. 955.
Novisse, *pro* Nosse, *idem quod* Noscere. 52. 200. 980.
Noscĭtāre (*frequ.*) 505. Kennen lernen.
Nōt-escĕre, (in Notescere) *notum fieri*: 7. 12. Kund werden / Kundbar werden.
-us, -ior, 590. 60. 100. 115. beKandt.
.)(. igNōtus, 581. unbeKandt.
-tior, 590. etwas unbekandt.
-ĭfĭcāre, Kund (beKand) machen.
-io (& -ĭtia) 277. 590. 594. 707. Kundschafft / Wissenschafft / das Wissen.
-ōrius, 826. 834. Kundbar.
-oriè, 826. Kundbarlich.
Nŏta, *aliquid quó res innotescit*: 4. Kennzeichen / Merckmal / gemerck / Merckzichen.

Omnia noscere (novisse, nosse) *bonum est*, *ut* internoscere *liceat*, *bona à malis*; *vera*, *à falsis*. Nota *enim*, & notoria, *non decipiunt*. Ignotas *igitur res* noscitamus, *ut in earum* notitiam *certis* notis *perveniamus*. Notificamus *etiam aliis aliis*, *ut facilius* cognoscamus. Q*v*od *si* q*v*id *olim* cognitum *nobis fuit*, obli

(2) *in Musicis* : 702. eine Noten.
-ŭla, 485. Zeichenlein.

Compos. à Noscére.

agNoscĕre, *rem se nosse recordari* : 653. 925. erKennen.

agNitio; erKantnus/ beKantnus.

cogN-oscere, *rem prius ignotam noscere* : erKennen/ verNehmen.

-itor, erKenner.

-itio, 195. erKäntnus.

)(. incognitus, 560. unerKandt/ unbeKandt.

digNoscere, 203. 307. eins vom andern Kennen/ unterScheiden.

igNoscere, *q. non noscere, connivére* : 195. 553. nicht wollen Kennen / einem (etwas) übersehen. (260.

interNoscere, *idem quod* Dignoscere.

perNoscere, 280. (& perCognoscere,) 554. gründlich erKennen / durchKennen/ durchauß erKennen.

præ/& præcog-/Noscere, 606. vorher Kennen/ voran Mercken.

præNosse, 509. 600. *idem.*

recogNoscere, *olim cognitum iterum cognoscere* : 594. wider erKennen.

recognitio, wider erKennung.

Compos. à Nôro.

oblivione a. factum est incognitum, *id nos rursum* agnoscendo, (1) *ab aliquo* dignoscēdo, pernoscere *discimus* : *quia, quod* prænoveramus, *facilè* recognoscitur; agnoscēdum (2) *id est*. Agnitio *a. sui ipsius utilissima est.*

Gnār-us

Gnār-us, [γνώριμος] Kündig/ Wissend.
-ītas, 500. Kündigkeit/ Wissenschafft.
iGnarus, unKündig.
Ignórā-re, *ignarum rei esse*: 195. 199. 717. unKündig (unWissend) seyn.
-tus, *a, um*, 578. unbeKandt.
-tio (& -ntia) 280. 282. unKündigkeit/ unWissenheit.
-nter, 944. unKündlich/ unWissentlich.

Deriv. & Compos. à Nota.

Nŏtā-re, *notâ signare*: anZeichnen/ beZeichnē (2) *notam animadvertere*: 588. Mercken/ auffMercken.
-tio, (& -tus, *ûs*) auffZeichnung/ auffMerckung.
-rius, *qui acta in judicio notis excipit*: 785. auffZeichner/ auffSchreiber/ ein Schreiber.
-bĭlis, *notatu dignus*: 165. 721. auffzuZeichnen-würdig. Mercklich.
-biliter, 391. Mercklich.
ad-(*vel* an-)Nŏtāre, 513. Bey-(neben bey-) Zeichnen/ auffzeichnen/ auffmercken.
anNotā-tio, (-tiuncula *Gellio*: & -mentum) 497. auffZeichnuß/ auffMerckung.
dēNŏtāre, 612. abZeichnen/ beZeichnen. (2) beDeuten.
ēNŏtāre: 722. aufZeichnen.
subNŏtāre, 721. unterZeichnen.

Gnarus *rem* novit, ignarus ignorat: *sed* gnaritas *rerum præferenda est* ignorantiæ, *ne nos* ignoratio *præcipitet in peccata*: *utut verum sit*, ignoranter *peccantibus facilius* ignosci.

Notarius notat *res* notabiles, *usq; alias* notatu *dignas subinde* annotat & subnotat. *Tu* énota *similiter, quicquid bonarum* annotationum *reperis*.

Nosse

Nosse, V. Noscere.

Nŏsŏcŏmium [νοσοκομεῖον] *L. valetudinarium*: 777. Siechhauß/ Brechhauß.

Nŏthus [νόθος] *illegitimo patre natus*: 756. Banckart / Bastart.
spinæ Nothæ, 219. die kurtzen Riebe (unter dem Zwerchfell.)

Notitia & *Notus* V. Noscere.

Nŏtus [νότος] *L. Auster*: Sud.
Lĭbănŏtus, SudSud Ost.

Novacula V. Novus.

Nŏve-m, *ter tria*; 26. Neun. [ἐννέα]
Nŏvē-ni (æ,a,) je Neun und Neun/ zu Neun.
-nārius, Neunde zahl / Neundting (die zahl von Neunen.
-ndecim, Neunzehen.
-ndium, *V. Dies.*
-nnis, *V. Annus.*
Nŏvies, Neunmal.
Nŏn-us, Neundte.
-us decimus, Neunzehende.
-anus, Neudten Ordens.
Nōnāg-inta, Neunzig.
-ies, Neuntzigmal.
-ēsimus, Neuntzigste.
-ēni, je Neuntzig und Neuntzig.
-ēnārius, NeuntzigJährig.
Nongēn-i (& -ti; & Noningēni) Neunhundert.
-tēsimus, Neunhunderste.

-arius

-ārius, Neunhundert in sich haltend: von 900.

Nōnæ (*arum*) *in Calendario Romano dies nonus ante Idus, qui est in Martio, Majo, Julio & Octobri sextus post Calendas: in reliquis mensibus quartus*, 552. der fünffte (oder siebende) Tag im Monat.

November V. Ver. *Noverca* V. Novus. *Novisse* V. Noscere.

Nŏv-us, *nunc demum factus*: 13. 350. 788. New. [νέος, & νεῖος]

-issĭmus, *ultimò factus*: (2) *ultimus*, 991. der Newste/ Jüngste/ Letzte.

-issimè, 900. zu letzt.

-a (plur. n) Newe zeitung.

-itius, *novus alicubi*, 706. Newling.

-ellus (*dim.*) *ob novitatem tenellus, nondū solidatus*: 370. Newlecht/Zart.

-ellāre; (Newen Acker) bawen: (Newen Weinberg) Pflantzen/oder anlegen.

-ellētum, *vinea vitibus novellis consita*: New gepflantzter Weinberg.

-ālis ager (*& absol.* Nŏvāle, *n.* 231.) New Acker/ New gepflügter Acker/ Newbruch

-āre, *aliquid veterascens reparare*: 790. 880. ver Newern/ itiner New machen.

-ator, *qui antiqua facit nova*: Newerung macher.

-atio, 884. Newerung.

inNŏvāre *aliquid. ut novum introducere*: etwa worinne Newerung machen.

Res novas *nasci necesse est, quia veteres decedunt: aut veteres renovari, ut denuò usui sint.* Novator *tamen non laudatur, qui sine causa res* nuperas innovat: *præsertim ipse* novitius, nu per *natus*, novissimūq; *intellectum rei (quam* novare *præsumit) non assequutus. Talis perinde facit, ac si* novale, *aut* novelletum,

reNo-

reNov-are, *rei veteri novitatem dare*: 884. erNewern/wider erNewern.

-atio, erNewerung.

-ellare, erFrischen.

Nŏvācŭla, *culter quô barba abraditur, atq; sic renovatur*: 468. Scheer-Messer/ Balbirermesser.

[*à* novo *&* acuo.]

Nŏverc-a, *patris uxor, à matris morte ducta*: 749 Stieffmutter.

[*quia* novè arcet, *i.e. coercet, liberos.*]

-alis, StieffMutterisch.

Nŭpe-r, *non longo ab hinc tempore*: Newlich/ Unlängst.

[*contractū ex* noviper, *seu* novo opere.]

-rus, *nuper existens*: Newlicher.

-rrimus, è, 491. Newlichste.

prōNūper (*Plaut.*) *valde nuper*: sehr Newlich/ Unlängst.

Dēnuò, [*q. de novo*] von Newem/Abermal.

tum, novellare, *h. e.* pronuper *facta destruere*, *helst* Noverca *sue* novercali *odio in privignos*, *est quandoque* novaculâ *acutior*.

Nox, (*noctis, f.*) *lucis diurnæ absentia*: 22. Nacht. [νὺξ, & νύχος: *quod ab H.* Nuach, *quiescere. Est enim tempus animalium quieti datum.*]

Noct-u (*&*-e,) 25. 150. 26. zu Nacht/ Nachts/ bey der Nacht.

unâ nocte (573.) in einer Nacht.

-urnus, 51. 137. 752. Nächtlich.

-escit, es Nachtet/ es wird Nacht.

perNoctāre, *noctem alicubi agere*: 433 über Nacht bleiben / des Nachts (nicht zu hause) Schlaffen/ Nachtlager halten.

Nox *incipit, cùm* noctescit. Nocturnum *convivium, præsertim* pernox, *multos facit* abnoctare (*domo*), *&* pernoctare, *alibi: apud dissolutos etiam per* binoctium trino-

abNoctare, über Nacht aussen bleiben.
perNox, (*g. o.*) *per noctem durans*: durchNächtig/ die gantze Nacht wehrend/
ÆquiNocti-um, *noctis cum die æqualitas*: 23. Gleich-Nächtigkeit/ (gleiche länge des Tages und Nachts.) Nachtgleiche.
-alis, (*circulus*) Gleiche Nacht machend.
-āle tempus, gleich Nächtig / zeit wenn Tag und Nacht gleich ist.
bi-tri-qvadri-Noctium, *tempus duarum, trium, qvatuor noctium*: Zwey-Drey-Vier-Tag.
Noctivăgus, *a, um*: Nachtschleichend.
Noctambŭlo, (*ōnis, m.*) Nacht gänger.

trinoctium, qvadrinoctium. Noctambulones *fiunt* noctivagi *morbo*. Æquinoctium *bis anno recurrit*, æqvinoctiali *tempore*: *ubi* noctu *satis edormire qveas*.

Noxa V. Nocēre.

Nūb-ĕre, *caput velare*: Hüllen/ Schleyen. [ἀ νεφόω] *Hinc*.
obNubere, erHüllen/ verSchleyen.
(2) Nubere viro: 737. sich einem Man verHüllen i. e. Heyrathen/ Freyen/ einen Mann nehmen.
[*qvia virgines, dum maritantur, caput velare incipiunt.*]
-ĭlis, *matrimonio apta* 736. zu Heyrath tüchtig/ Mannbar. (frien.
Nupt-a, *qvæ nupsit*: 736. verHeyrathet / ver-
Novi nupti: 967. Newe Eheleute / New verHeyrathet.
-us (*ūs*) das Heyrahten / oder die Heyrath.
-iæ (*arum, plur.*) *nubentium solennis ritus*: 736. Heyrath fest/ Hochzeit.
-iālis,

Virgini innubæ, *licet* nubili, *caput non* nubitur; (1) *sed qvæ viro* nupsit (2) *Qvæ* nuptui *datur*, *ordinariè* denubit *in aliam familiam*; enubere *in bonorum putatur*. Nupturientes *annulis* pronubis *firmant* connubium, connubialiqve

-iālis, 698. Heyrathfestlich/ Hochzeitlich.
-ŭrire, *nubere cupere*: 738. zu Heyrathen lust haben/einen Mañ gerne haben.
conNub-ĕre, Zusammen Heyrathen/ sich verEhelichen/in den Ehestand tretten (oder sich beGeben.)
-ium, *jus matrimonij*: 739. zusammen Heyrathung/ Ehelich verbündnüs/ Beylager.
-iālis, 764. Heyrathlich/ Hochzeit-
deNubere, *in familiam aliam nubere*: verFreyen.
eNubere, *extra ordinem suum nubere*: ausm Stande Freyen.
inNŭ-ba (& -pta) *quæ non nupsit*: unverHeyrathet/ unverEhelichet/ ohne Mann.
obNubere, 550. verFinstern.
prŏNŭb-a, *sponsæ paratrix & concinnatrix*: 740. Braut Jungfraw/ Zucht fraw/ Brautführerin.
-us, 738. Brautführer.
-us annulus, Heyrath (Braut-Trew-) (Ring.

die celebrant Nuptias: *& peractâ* nuptiali *festivitate*, pronubi *&* pronubæ *deducunt* nuptam *domum*.

Nŭb-es (*is, f.*) *vaporum densata multitudo*: 50. 52. 54. Wolcken. [νέφος]
-ecula, *æ, f.* 75. kleine Wolcke/wölcklein.
Nubes atra: 50. Schwarck.
-ilum (*n.*) das trübe Wetter.
-ĭlus, *nubibus tectus*: Wölckigt/geWölckig/ Trüb.
-ĭlar (& -ilārlū) 335. *locus, quò propter*

Innubis *dies* Innubilumq; *cælum, non sunt grata fervido tempore*: *malumus aerem* nubilari, *& nos* nube *obtegi, refrigerii*

ter nubes conferuntur frumenta semitrita: Wetter häußlein/ein Schopfen/ Bargen.

-ĭlat (& -ĭlātur *äer*) *nubibus velatur*: 50. wird geWölckig/es wird Trüb/ es zeucht sich zu Wolcken.

ŏbNubĭlare, 550. verWölcken/ verDunckeln.

inNūb-is (& -ĭlus) *sine nube*: ohne Wolcken/ Hell.

præ- (& sub-) Nūbĭlus, *idem quod* Nubĭlus.

rū causâ: At si nimium nubilat, *messores frumenta in* nubilar *congestant.*

Nucleus v. Nux. *Nudiustertius* &c. v. Dies.

Nūd-us, *non indutus*: 560. 603. 882. Nacket/ Bloß. [*ex νη ἐνδύω, non induo; exuo.*]

-ē, 456. Bloß.

-ĭtas, 380. 925. die Blösse.

-āre (de- & e-Nudare) *detegere*: 210 entBlössen/ Nacket außziehen.

-atio, 651. entBlössung.

Nudipes, 160. 164. Barfüssig/ Bloßfüssig.

semiNudus: Halb Bloß/ oder Nacket.

Nudus *non potest* nudari: seminudus nuditatē *ex parte ostendit. Tegenda* denudare *turpe est.*

Numen V. Nuere.

Nuĕre, *motu capitis, aut oculi, aut Manûs, animi sensum indicare*: Nicken/ Wincken/ Deuten. [νεύω, *annuo.*]

Nū-tus, (*ûs*) *nuendi actus*: 755. Deutung/ Winckung/ das Wincken.

-tāre, *variè moveri*: 280. Wancken. [ab H. *Nut*, id.]

Nuimus, *seu* innuimus, *cùm alicujus rei indicium facimus* nutu, *aut* renutu; annuendo *scilicet vel* abnuendo.

Numen

Nūmen, [νεῦμα] nutus: anDeutung.
(2) in specie Divinus nutus, quô peragit omnia omnipotens potestas, ipseq́ Deus: Gottes allmacht.
(3) Deus ipse, seu deitas: 601, 919. GOtt.

Sed Voluntas nostra in multis nutat, sæpeq́ ipsi divino Numini (1) renutat.

inNuĕre, nutu voluntatem indicare: 565. einem Wincken geben / (mit Wincken zu verstehen geben) anDeuten.
anNuere, 647. zu Wincken (mit Wincken bejahen) Willigen.
ab-(& re-) Nuere, (& Nūtāre) 641, 886. abWincken (mit Wincken) abSchlagen.
reNūtus (ûs) das abWincken, das abSchlagen.

Nūg-æ, (arum) verba frivola & vana: geSchwätz/ nichts wertige Ding. [à ne & ago, i.e. nihil ago.]
-āri, nugas loqui: Schwätzen/ Wäschen.
-ax, (nūgiger, Nugigerulus, nugivendus): 878. geSchwätzig/ Schwatzhafftig/ Mährleinträger.
-ātor, 644. Schwätzer/ Wäscher.
-ātōrius, (& -alis, Gell.) voll geSchwätzes (da nichts dahinden ist) zum Geschwätz dienend.

Qvem nugari delectat, nugatoriam materiam, qvæstionesqve nugales, semper invenies: sed ad qvid? Tu nugas, nugacesq́ nugatores, vita.

Nullus V. Ullus sub Unus.

Num? nonne? adv. interrogandi: 581. Ob?
[μῶν.]
Num-an-29. 427. Ob/ oder.

Numa Pompilius, secundus Romanorum rex.

Nūmella

Nūmella, *vinculum collum aut pedes stringens*: 361. 853. Halßeisen. [à *numulis*, seu annulis, ex quibus connectitur.]
(2) Windstrick/ Hunds Kobbel.

Numen, v. Nuere.

Nūmĕr-us, *unitatum collectio*: 492. Zahl/ anZahl. [à μείρω, divido.]
-ōsus, 511. Zahlhafft/ groß an der Zahl/ vielZählig.
-osissimus, 511 sehr groß an der Zahl.
-osè, in grösser anZahl.
-āre, 226. 537. Zehlen.
-atio, 511. Zehlung.
-ò (& -atò) also Baar/ geZehlet.
-ales *notæ*, 513. Zahlgemerck. (Lässt.)
-ābĭlis, Zahlbar/ Zehlich/ (das sich Zehlen
)(. inNumer-abilis (& -us) 915. unZehlich.
ad-(*vel* an-) Numĕrāre, 132. 77. 840. zuZehlen/ zuRechnen.
diNumer-are, abZehlen.
-atio, 537. abZehlung.
eNumerare, 865. erZehlen/ herRechnen.
perNumerare, außZehlen/ durchZehlen.
reNumerare, wider auffZehlen.
superNumerarius, *quod supra ordinariũ numerũ est*: überZehlich / überSchüssig.
transNumerare, *numerando absolvere*: überZehlen.

Numeris numeramus, atq́ue *st opus est* renumeramus *res* numerabiles *quantum-vis* numerosas, *fereq́ue* innumeras: supernumerarias *tamen non* annumeramus *summa*: Ex *ercitũ* dinumeramus, *si* transnumerari *potest*: *res gestas* enumeram9; *pro rebus emtis precium* pernumeramus *&c.*

Numm-us, *pecuniæ particula una*: 418. ein

Nummo s *Varij* numis.

418. ein Pfenning. [Dor. νόμος, idem: à νόμος, *lex.*]
-arius, *ad nummos pertinens*: Pfenning-Geld.
-atus (& -ōsus) *nummis abundans*: viel Pfenning habend/ Geldreich / Reich am geld.
-ularius, *qui nummorum permutationem exercet*: Geld wechßler / Wechßler.
Numisma (*ătis, n.* νόμισμα) *nummorū signatura*: 798. Gepräge/ Schlagt.

matis *repertes apud* Nummularium: *Vel in* nummaria *cista* nummosi *Mercatoris.*

Nunc, *hoc ipso tempore*: 55. 77. Nun / Jetzt/ Jetzund. [νῦν]
nunc- nunc- 39. Bald- bald- Jetzt- bald-

Nunci-are, *rem nunc gestam significare*: 426. Frische bottschafft (Zeitung/kundschafft) bringen. [à Nunc.]
-us *qui rem gestam significat*: 426. MundBot/der mündlich was ankündiget.
(2) Nuncius, (*sc. sermo*; & -um, *sc. verbum*) Zeitung/ Kundschafft.
-ator (-atrix, *f.*) 426. verKündiger. (-in)
anNunciare, 96. verKündigen/anKündigen.
deNunci-are, 886. offentlich anKündigen / anSagen.
-atio, 962. anKündigung.
eNunci-are, 689. außSagen/ außSprechen.
-atio, (& -atura) außSpruch/ GrundSpruch.

Nuncius (1) *est, qui aliunde quid* nunciat; *lætum* nunciū (2) *hilariter* annuncians, *tristem dolenter* obnuncians. Prænuncius prænunciat *aliquid nondum factū*: Renuncius *affert, quod alter* renunciavit (1): In-

inter-

interNunci-are, Wort und Antwort (von einem zu dem andern) bringen.
-us, 885. Wort und Antwort zuTräger/ zwischenBot / ein unterhändler.
obNunciare, *male aliquid nunciare*: Böse botschafft bringen/ Böses verkündigen.
præNunci-are, *rem antequam fiat nunciare*: 952. zuvor ankündigen.
-us. vorKündiger/ Weissager.
proNuncia-re, *clarè enunciare*: (daher) Sagen, klar außSprechen.
(2) Urtheilen/ Urtheil fällen.
-tio, klare außRede.
reNunci-are (*aliquid*) wider Sagen / oder Sagen lassen.
(2) -are (*amicitiam alicui*) 756. auf-Sagen/ entSagen.
(3) -are (*consulem, pretorem &c.*) verlesen/ außSchreyen.
-us, ein Widerbot.

ternuncius *ab altero ad alterum transmeando internunciat. Iudex* pronunciat *sententiam, reoque* denunciat *pœnam, sea arcana respublica non* enunciat: *quandoque officium judicii* renunciat (2) *atque tum in locum ejus* renunciatur (3) *alius.*

Nuncŭp-āre, *nominare*: 29. 47. Nennen/ Nahmhafftig machen. [à *Nomen* & *Capere*]
-atio, eine Nennung.

Nundĭn-æ, (*arum, f.*) *dies contractuum, & mercatûs*: 796. Wochen-Marckt. [*quia Roma* nono die *conveniebat ex agris populus.*]
(2) *in gen.* ein JahrMarckt/ Messe.
-ālis (& -ārius) zum JahrMarckt gehörig.
-āri, *nundinas agitare*: Handeln / Krämerey treiben.

Ad nundinas (2) *concurrunt* nundinatores, *cum* nundinalibus *mercibus; quas ibidem, in foro* nundinario, *venundantes,*

-atio, Krämerey.

-ator, *qui nundinas frequentat:* 796. Handel Krämer:

nundinātur. Nundinatio *verò juris (in judiciis) detestabilis est.*

Nunquam V. -quam. *Nuntiare* V. Nunciare. *Nuper* V. Novus. *Nuptiæ* V. Nubere.

Nūrus, (*ûs*) *filij uxor* : 741. Sohnes Weib/ Schnur/ Schürche. [νυός, *vel q. Genurus, à Gener.*]

PrōNurus, *uxor nepotis* : Enckels weib.

Nusquam V. -quam. *Nutare* V. Nuere.

Nutrī-re, *prolem alere, sustentare:* 19. 216. Nehren/ Unterhalten. [*ex* νέον τρέφω, *novellum alo.*]

-cāre (& -cāri) *idem.* 122.

-men (& -mentum) *alimentum:* 129. 235. Nahrung/ Unterhalt.

-cius, *nutritioni serviens* : zur Nahrung (oder Unterhaltung) dienlich.

(2) *nutritor, educator* : 941. Nehrer/ Erzieher.

-tio, 957. Nahrung.

-tor, Nehrer/ Unterhalter.

-tivus (*a, um,*) 239. Nehrend/Nehrlich.

-x (& -cūla) 746. Nehrerin/Seug Amme.

e- (& in-) Nutrire, *alendo educare* : erNehren/ erZiehen/ auffErziehen.

Nutritor *est, qui quem ali quem, subministrato, nutrimento nutricatur.* Nutrix *infātem* nutrit *uberibus* : *debet v. etiam, ut & alij* nutricij (2) innutrire *moribus bonis, donec* enutriatur.

Nu-x, (*cis, f.*) *fructus duro cortice tectus* : 101. 105. Hartschälig obst/ Nuß.

(2) *arbor ipsa nuces ferens* : Nuß baũ. [*à* νύσσω, νύζω, *fodico, pulso : quia non edantur, nisi percussu aperta.*]

Nux (2) *in nuceto, præmittens multa* nucamenta, *promittit multas* nuces (1): *qui*

Nuculo;

Nŭ-cŭla (& -cuncula) Nüßlein.
-ceus (*a,um*) *quia ex nuce est*: Nuß-
-cētum, Nüssen Wald / Nuß Garten.
-cāmentum, Käzlein (Lämlein) an den Hasel stauden.
-cifrangibŭlum, Nußbrecher.
-cifer, 115. Nüsse tragend.
Nŭcleus, *nucis caro, cortice tecta*: 105. 115. Nuß Kern.
(2) Nucleus, (*allij &c.*) 89. Zehen. [*q. nuculus.*]
eNucle-āre, *nucleum eruere*: auß-Kernen.
(2) *Tr. declarare*, 724. erKlären.
-atè (*loqui*) Klärlich/ Deutlich.
Naucum, *nucis mĕbranula*: Nuß Schelff. [*ab antiquo* Naux.]
(2) *juglandis interius sepimentum*: Nuß Sattel.
Nauci facere, *i. e. parvi*: Nichts Achten.

bus ut Vescamur, e- nucleamus (1) *eas* nucifrangibulo *separamusque* naucum (1) *à* nucleo; *aliquando & confiemus* nuceum *oleum. Qui obscura* enucleat (2) *loquatur* enucleatè: *si* nauci-fieri *non vult.*

Nympha, *nova nupta. sponsa*: Braut. [νύμφη: *à* νέον & φάω.]

O.

O, *adv. vocandi*: O. [ὦ]

Ob, *cùm significat situm rei, redditur per* Ob/ Vor: *ut*, ob oculum, Vor dem Aug.
(2) *quando causam*: 38. 911. umb/von wegẽ/ Wegen:

 (3) *in*

(3) *in compositione cum verbis*, umb: *ut*, ob Ducere, umb Führen. [*à G.* ἐπὶ. ἐπ', *ob, propter*]

Obæratus V. Æs.

Obba, *ligneum vasculum potum infundendi*: 860. Schenck Kanne. [*ab H.* Ob. *lagena, uter.*]

Obēd-īre (*alicui*,) *suadentem audire & sequi*: 874. Gehorchen. [*contractum putatur ex* ob-audio. *Sed H.* gabad, *servire facere.*]
-iens, Gehorchend/ Gehorsam.
-ienter, Gehorsamlich.
-ientia, 964. Gehorsamkeit.
inObēdi-ens, (*Ecclesiasticorum vox. s. a. v.*) unGehorsam.
-entia, unGehorsamkeit.

Obedi voluntati *Dei* obedienter, obedientes & obedientia *habent multas promissiones.*

Obel-us [ὀβελός] *L. veru*: BratSpieß.
-ius, *placenta veru assata*: Spieß Kuchen.
-iscus, *veruculum acuminatum*: 408. zugespitztes Bratspießlein.
(2) *nota seu virgula certis librorum notis apponi solita*: 721. ein Merck-Linie (oder Zeichen) in einem Buch.
(3) ein grosser Kugelrunder Thurn (oben spitzig)

Obēs-us, *pingui & crasso corpore*: 287. Feist Leibig. [*ex H.* Abus, *saginat 9*]
-ĭtas, Feist Leibigkeit.
-āre, (*Colum.*) *saginare*: Feist machen.

Obesas vaccas reddit steriles nimia obesitas. *Colum.*

Obex, V. Jacere. *Obire, Obiter* & *Obitus* V. Ire. *Objurgare*, V. Jurgari. *Oblatio, Oblatus* V. Ferre. *Oblectare* V. Lacere.

Obliqv-us, *in latus versus*: 517. Auff

Cùm auriga ante se

Auff die Seit gebogen/ Schlim/ Schieb/ Seitling. [à G. πλάγιος, præmisso o.]

-ĭtas, der seit Bug/ die Schlimme.

-è, seit halben/ Seitlingen/ die Qwere/ Qwer über/ über zwerch.

-āre, 451. auff die seitBiegen (oder wenden.)

-are sinum, die Segel nach der Seiten (oder überzwerch) spannen/ Lawiren.

Videt obliqvam *Viam*, obliqvat *eqvos*. *Locustæ procedunt* obliqvè *in latera*. *Plin.*

Obliterare V. Litera. *Oblitus* V. Linere. *Oblitus* V. Oblivisci.

Oblī-visci, *rei memoriam amittere*: 268. Vergessen/ Vergessen haben. [*ab* Oblivi, *i. e. deleVi: delentur enim imagines rerum in memoria.*]

-tus, *qui rem memoriâ amisit*: (der was) Vergessen (hat.)

.)(. inOblitus, unVergessen.

-vio (& -vium) *memoriæ defectus*: 565. Vergessenheit.

-viōsus, *oblivione laborans*: Vergessig/ Vergesslich.

Obliviosus *est pertusū Vas. Vis nō* oblivisci? *repete. Repetitio* oblivionis *antidotum*. Oblitū *esse, perinde est ac nō didicisse.*

Obmurmurare V. Murmur. *Obmutescere* V. Murus. *Obnixe*, V. Niti. *Obnoxius* V. Noxa in Nocere.

Obŏlus, *minimus nummus*: ein Heller. [ὀβολὸς]

SemiObolus [ἡμιώβολον] halb Heller.

Diobol-us (& -um: διώβολον) *nummus duorum obolorum*. zwey heller Pfenning.

TriObolus [τριόβολον] drey heller Pfenning.

Obrylum (*vel* obrilum) *aurum purissimum*: 68. Rein Gold/ gediegen (Gold.) [ὄβρυζον, q. Ophirizum, *i. e. tale aurum quale inventum fuit in insula* Ophir 1. *Reg. IX. 28.*]

Obscæn-us (*alij* Obscēnus) *turpis, spurcus*: 317. Unflätig / Zottig. [*alii à* Cœnū *derivant*; *alii à* Scena.]
-è, Unflätiglich.
-ĭtas, 627. 852. Unflat / grobe Zotten / garstige Zotten.

Obscena verba arguunt animi obscænitatem. Tu nihil etiam cogita obscænè.

Obscūr-us, *non perspicuus*: 543. 591. Dunckel. [*ab* Ob, *&* σκιερός, *umbrosus*.]
(2) *Tr.* unanSehnlich/Gering/Schlecht.
-è, 204. Dunckel.
-ĭtas, 530. Dunckelheit.
-āre (*&* inObscurare) verDunckeln.
perObscurus, Sehr Dunckel.
subObscurus, Dunckelächtig.

Obscura nox obscurat omnia, præsertim si perobscura *sit*: subobscura *non tantam habet* obscuritatem.

Obsecrare, V. Sacer. *Obsecundare*, V. Sequi, *Obses* & *Obsidere* V. Sedere. *Obsitus* V. Serere, & Sinere. *Obsoletus* V. Olescere.

Obsōn-ium (*vel* Opsōnium) *quicquid edule coctum, præter panem & carnes, mensæ apponitur*: 856. zuMuß / zuSpeiß. [ὄψον *&* ὀψώνιον; *ab* ἕψω, *coquo*.]
-āre (*&* -āri) *obsonia emere*: Speise einKauffen. [ὀψωνεῖν: *ex* ὄψα ὠνᾶμαι, *obsonia emo*.]
-ator, *qui obsonat*: 854. Einkauffer (der Speise.)
-atus (*ûs*) einkauff (der Speisse.)

Opsonator *accipit ad* opsonatum *pecuniam*, opsonaturq; *sive* Obsonia *sive carnes &c.*

Obstaculum V. Stare.

Obstetri-x, (*icis, f.*) *parturientis ministra*: 745. ein HebAmme / Wehe Mutter. [*q.* Obstatrix *ab adstando parturienti*.]

-care.

-cāre, (& -cari) *obstetricis officio fungi*: Heb Ammen.

Obstinatus V. Stinare. *Obstipus* V. Stipare. *Obstragulum*. V. Stragulum in Sternere. *Obtentus* V. Tendere & Tenere. *Obturare* V. Turare. *Obtutus* V. Tuéri. *Obulus* V. Obolus. *Obvius* V. Via.

Oby, *fluvius*, 561. Oby.

Occ-a, *instrumentum dentatum, semina in agro sparsa glebis obruendi*: Egel oder Egge. [*ex G.* ὄγκη, *uncus*.]

-āre, *semen ita glebis cooperire*: Egen oder Eggen.

(2) Occare *vineas*: er Hacken.

-atio, die Eggung.

-ātōrius, Egen-

deOccare, unter Egen.

inOccare, ein Egen.

Occâ occamus: (1) *est que* occatio, *seu* occatoria *opera, tam necessaria, quàm seminatio ipsa. Quippe semen sparsum, non* deoccatum, *aut* inoccatū, *peribit*.

Occæcare V. Cæcus. *Occasio*, *Occasus*, *Occidere* V. Cadere. *Occipere* V. Capere. *Occiput* V. Caput. *Occisus*, V. Cædere. *Occludere* V. Claudere. *Occulere* & *Occultare* V. Culere in Celare. *Occumbere*, V. Cubare. *Occupare* V. Capere. *Occursus* V. Currere.

Oceànus, *mare magnū terras ubiq; ambiens*: das Grosse Meer/ Welt Meer. [ὠκεανός.]

Ochra, [ὤχρα] *L. Sil*: 58. Berggeel/ Ockergeel.

Ocium V. Otium. *Ocius* V. Ocyus, in Ocyor.

Ocre-a, *calceamentum majus, tibias & genua obtegens*: 383. Stieffel. [*quia* ob crura *munienda*: *vel à G.* ὄκρις, *summitas*.]

-ātus, *ocreâ indutus*: 428. geStieffelt / Stieffel anhabende.

Oct-o, *bis quatuor* : 158. 222. Acht. [ὀκτώ]
-ies, Achtmal.
-ōni, (& -eni) je Acht und Acht / zu Acht.
-āvus, 552. der Achte / der Achtest.
-avanus, Achten ordens.
-avum, zum Achtenmal.
-ōdĕcim, Achtzehen.
-āvus dĕcĭmus, der Achtzehende.
-ōnārius, Achte zahl / Achterling / (die zahl) von Achten.
-ennis, *V. Annus.*
Octōg-inta, Achtzig.
-ies, Achtzigmal.
-esimus, Achtzigste.
-ēni, je Achtzig und Achtzig.
-ēnārius, Achtzig Jährig.
Octingen-ti, 178. Achthundert.
-ties Achthundertmal.
-tēsimus, Achthundertste.
-ārius, von Achthundert.
Octuplex, *V. Plica.* Octussis *V. As.*
Octuplus, *V. Plus* October *V. Ver.*
Octans, *octava pars* : Achte Theil.

Si viros octo o-cties *mēbratim positos, incedere videbis*, octenos *incedere dices* : *quorū quisq; ultimus*, octavus *erit*; octavusdecimus *a. inter* octodecim *ultimus est*; octogesimus, *inter* octoginta; octingentesimus, *inter* octingentos. Octonarius, *continet integros octo*; Octans octavam *integri partem*. Octogenarium *senem vidi*, octingenarium *aliquem esse hoc seculo, non credam, etiamsi id* octavum, *imo* octogies, *aut* octingenties, *dicas.*

Ocul-us, *visus instrumentum* : 128 176. 204. Auge. [*q. dim. ab* Ocus. ὄσσος] (2) *in arbore est gemma* : ein Aug / Knospen.

Qui perspicaces oculos (1) *habet*, ocula-

Ocel-l

Ocell-us (*dim.*) 290. Äuglein.
-us, *in veste* : 384. 290. (Äugig.
-a, (*m.*) *cui parvi oculi* : 250. Klein
-ātus, voll Löcher/ Löchericht.
Ocŭl-ātus (& Ocŭleus) *oculos habens* : 146. Augicht/ voll Augen.
(2) *cui perspicaces sunt oculi* : Scharff Augicht/ Scharffsichtig.
(3) *testis, qui oculis vidit* : 953. Sichtiger zeug.
-issimus (*Plauto*) *oculorum instar clarus* : Augenlieb.
-itùs, *ad modum oculi* : als ein Aug.
Unŏcŭlus (& Mŏnŏcŭlus) ein Äugig.
DefiOcŭlus (*Mart.*) *cui deest oculus* : Mangel Äugig.
Cocles (*itis, m.*) *contortos habens in se oculos* : 290. Schiel Äugig. [*q.* Co-Oculus.] 2. ein Äugig.
exOcŭlāre, *oculis privare* : (Augen) außretschen/ Blind machen:
inOculare, *surculum arbori inserere* : Impffen/ einzweigen/ Beltzen.

tus (2) *est* : Oculeus, *totus* oculatus: (1) Ocul[i]ssimus, *qui* ocultùs *amatur*: ocellata *nux*, *foraminosa est*. Vnoculo (monoculo, defioculo,) *si superstitem oculum* exoculaveris, *cæcus fiet* : *Arbori verò si surculum* inoculaveris, *brevi novos* oculos (2) *accipiet*.

Ocy-or, *celerior, velocior* : Behender. [*à G.* ὠκύς, *citus, celer.*]
-ùs, 832. Behend.
-ssimus, Sehr Behend/ der Behendeste.
-ssimè, 978. auffs Behendeste.
Quantōcyùs, 892. zum Behendesten.

Ocyor *cervo* *esse non potes* : ocyùs *tamen age omnia, ut* quantocids *peragas*.

Odi-um, *ira inveterata*, 603. 830. Groll

Odit *vir bonus res odi*[o]

Groll/Haß. [ab ὀδύω, ὀδύσσω, irascor.]
-sse, odio habere: Groll (auff einen) haben/ Hassen/ Feind seyn.
-ōsus. (& subOdiosus) odio dignus: 664. verHasst.
-bilis, idem 602.
Osor, odio habens: 670. ein Hasser/Hässig.
ex. (& per.) Osus, alicui, odio habitus: sehr verhasst.
sum aliquid. ich Hasse sehr.

osas sancto odio: maligno Osori bona potius exosa sunt.

Odontalgia [ὀδονταλγία] dentium dolor: 311. Zahn wehe.

Odō-r, halitus olfactu sensibilis: Geruch. [G. ὀδωδή, & ὀδμή.]
-rāre, odore afficere: Riechen. (Geruch geben.)
-rāri, odorem percipere: 172. 291. Riechen/ (Geruch vernehmen.)
-rus, (& -rātus, & -rifer) odorem spargens: 96. 104. 865. 117. Riechend/geruch von sich gebend/Wolriechend.
-rator (canis) 301. ein Blut (oder Leit-) Hund.
-rātus, (ûs) odorandi sensus: 307. geruch (der Nasen.)
-ratio, 361. das Riechen.
-ramen (& rāmentum) odoris apparamentum: 472. Riechwerck.
-rārius (m.) Riechwerck bereiter.
inOdor-are, odore inficere, Riechend machē.
-us,

Res odora odorat: nos autem odorem illum odoratu nostro odoramur. Odoratius è rebus odoratis parat odoramina: sed inodoræ nec vestem, nec aliud, inodorant.

-us, (a, um,) *odorem nullum habens* unRiechend / geRuchloß.

Oecŏnŏm-us, *rei domesticæ dispensator* : 734. Hauß halter/Hauß Schaffner. [οἰκονόμος : *ab* οἶκος *domus*, & νέμω, *rego*.]

-ia, Haußhaltung / Haußverwaltung / Haußhalterey.

-ĭcus ; 735. 762. zur Haußhalterey gehörig/ Hauß-

-ĭca (*sc. scientia*) Haußhaltung kunst.

Oeconomus *administrat* œconomiam, *resque* œconomicas.

Oecūmĕnĭcum Concilium 971. Allgemeine Welt versammlung. [*ab* οἰκουμένη *sc.* γῆ die bewohnete Welt.]

Oenopol-a, ein Weinschenck.

-ium, 777. ein Wein Hauß.

Oesophagus, 254. Speiß Röhr.

Oestrum [οἶστρος] L. *Asilus* : 149. Bräme.

Off-a (-ŭla, & Ofella) *frustum carnis concisæ, & in globum convoluta, jurulentum* : Klosse/ Klösel. [*an ab* affuso *jure* ? Vel à G. ὀπὸς, *succus, coagulum*.]

-átim, *frustatim* : Stückweise.

Offendere, V. Fendere. *Officium* V. Opus. *Offucia* V. Fucus

Oh, Ohe, Oho ; Oh. [ὤ.]

Ole-a, *est arbor* : Oelbaum : [ἐλαία] Olīva : *fructus* : Oelbeer/ Oliven. [*olea uva*.]

-um, [& Olivum, ἔλαιον.] *liquor inde expressus* : 338. Baum Oele.

-eum,

Olea *profert* oleosas olivas : è *quibus* Olearius *in* olivaria *mola exprimit* oleitatem

-eum, *in genere*: 816. Oele.

-aster (*stri, m,*) *olea silvestris*: Wilder OelBaum.

Olē-tum (*&* Olīvētum) Oelbaumgartē.

Olē-āris (*&* -arius; *&* Olivārius) *ad oleam vel oleum pertinens*: 328. Oelbaum. Oel.

-ārius (*m.*) Oelschlager/Oelmacher/Oelverkauffer.

-amentum, *idē quod* Oleum, 492. geOel

-āceus (*&* -āgĭnus, *&* -āgineus,) *ex olea vel oleo existens*: 487. Oelbaumin/ Oelin.

-ōsus, Oelicht/ vol Oel.

-ĭtas, *olei pingvedo*: Oeligkeit/ das Oelichte.

(2) *olearū vindemia*: Oliven erndte.

Olīv-ĭtas, *olearum proventus & vindemia*: Ablesung der Oelfrüchte.

-āre, *olivas colligere*: Oliven ablesen.

tem (1) *&* *conficit* Oleum: *excipitq;* olivum *expressum in* Oleares *ferias*, *aut alia* olearia *vasa*, *foliis* oleaceis, *&* *fructibus* oleagineis, *alio reservatis*. Olivet *a. cum* olivetum *maturum est ad* oleitatem (2) (olivitatem) *tum nec* Oleastros *praeterit*.

Ol-ēre, *odorem emittere*: 357. Riechen / (Geruch von sich geben.) [*ex* ὀλερὸν, *fatidum.*]

(2) Olere aliquid, nach etwas Stinckē.

Benè } Olēre: wol } Riechen.
Malè } übel }

-ĭdus, *idem quod* Odōrus: Riechend.

-ētum, *excrementum humanum valde olens*: 258. Menschen koth.

Olfā-cĕre (*&* -ctāre) *odorari*:

Olet, *quicquid* olidū *est*: Oletum *graviter* perolet, *quia recentem putredinem* redolet. Exoleta *vix* subolere *possumus*, *quia*

123. 267. Riechen/(Geruch an sich ziehẽ.)
-ctus (ûs) sensus odoris: 160. Geruch.
-ctŏrium: Riechlein/ Riechpuschlein/ Biesem Knopff.
ădOlé-re, odorem incendere, suffitum facere: 157. Räuchern / zum Rauch anzünden.
-scĕre, zum Rauch angezündet werden.
GraveOlen-s, graviter olens: 130.260. Starck Riechend.
-tia, starcker Geruch.
SvaveOlens, 260. wol Riechend.
ob- (& per-) Olére, valdè olere: (Starck) Riechen/Starcken Geruch von sich geben/ durch und durch riechen.
redOlere, (aliquid) (nach etwas) Riechen.
SubOlēre, leviter olere: wenig anRiechen.
(2) Tr. persentiscere: gewahr werden/ Mercken.
exOlēre, verRiechen.

graveolentia esse desierunt. Olfactoria, olfactui grata, olfacimus libenter: svaveolentesq; herbas adolemus; qvia, dum adolescunt, bene olent.

Olescĕre, (obsol.) idem quod Crescere. [ex ἀλδήσκω, augesco, cresco.]
ăbOlescĕre, decrescere, minui: q. d. zu rück Wachsen h. e. zerGehen / zu Nichte werden.
ădOlesc-ĕre, crescendo ad staturam venire: 198. Auff- (oder Auf-) Wachsen/ auffSchüssen.
-ens, qui (vel quæ) adolescit: auff-Wachsend/ auffSchüssling.
(2) in sp. 196. Jüngling.

Adolescentes (2) adolescunt, à prima adolescentia in adultam usq; ætatē: deinde abolescunt rursum, donec exolescant, & obsolescant; h. e. exoleti fiant &

-entŭlus, Junges Knäblein.

-entŭla 197. ein Junges Mensch (oder Mägdlein.)

-entia, 199. Jugend.

-entiāri (& -entūrīre) *adolescentium more facere*: Muthwillig (nach Jünglings art) thun.

Adultus (*contr. ex* Adoletus) *qui staturæ terminum jam attigit*: außgeWachsen / erWachsen.

éxOlē-re (& -scĕre,) *adultam ætatem superare*: verAlten.

-tus, 374. 737. verAltet.

-tum vinum, 374. verRochen (oder verschalet) Wein.

inOlēre, *ingenerare*: 374. von natur eingeben / einPflantzen.

inOlescere, einWachsen / beKleiben. *Hinc*

Indŏles, (*interserto* d.) *innata vis*: (die angebohrne) Art.

obsOlē-re (& -scĕre, & -fiĕri) *inveterascere*: in abgang kommen / abkommen / verGehen / verAltan.

-ta (*stirps*) verAltet / abKommen.

-ta (*vestis*) verRissen (kleid.)

-tè (-tiùs) auff alte Weise / Altfränckisch.

Prŏles (*is*; *q. Pro-oles*) *progenies porrò crescens*: &

Sŭbŏles (*seu* U *in* O *verso*, Sŏbŏles) *progenies succrescens*: 743. Schößling. (neben dem Stamm) Sprößling (2) zucht /

& obsoleti *Parentes, si non decedunt improles, relinquunt post se* prolem (sobolem) (1); *sive generosiorem, cui natura egregiam* indolem inolevit; *sive saltem* proletariam, *humana tamen natura propagatricem.*

(2) Zucht/ oder die Jungen (der thiere.)
(3) die Kinder.
Prolis causâ, 615. wegen der Zucht.
imPrōles (*is*) der keine Kinder hat/ ohne Kinder.
Prōletāria multitudo, *plebs infima dicta fuit Romæ, non aliâ ratione Reipubl. utilis, quam sufficiendâ prole. Hinc*
Proletārius, *plebejus*: Schlechten/ (oder Geringen) ansehens.

Olim, *quondam*: 336. Einmahl/vor zeiten/ nach der Zeit. [*ab H.* Golam, *seculum.*]

Oliva V. Olea.

Oll-a (-ŭla, *dim.*) *vas coquinarium*: 365. 410. Haffen/ Topff oder Topp. [*ab* ὀλλύω, *perdo; quòd sit fictile & fragile*: *vel ab* Olere *coquendo.*]
-āris (& -ārius) zum Topff gehörig / Topffen.

Ol-or (*óris, m.*) *avis aquatica, ansere major, pennis albissimis*: 147. Schwan. [*q.* ὅλος ὠραῖος, *totus candidus.*]
-órinus (*cantus*) Schwanen.

Ol-us (*eris, n. & dim.* -uscŭlum) *herba vesca sativa*: 85. 87. 121. allerley KüchenKraut. [*ab* Olesco, *cresco.*]
-ĕrāceus, *ex olere constans*: 87. 90. Kraut.
-ĭtōrium *forum*: 778. KrautMarck.
(2) Olitorius (*hortus*) 321. Tirtz Garten/ KüchenKraut Garten.
-ĭtor, *olerum sator & cultor*: 321. Kraut Gärtner.

Olymp-us, *mons altissimus* : der Berg Olympus

-ia, *mater Alexandri M.* Olympia.

-ias (*adis*) *ludi Olympiaci in Græcia* : 564. Olympias spiel (oder Turnieren.)

Omasum (& Abomasum) *pars ventriculi bovini ultima crassior, opimior, nigrior*: 163. der Feiste (eingeschrumpffen) Magen/ die Rode.

Om-en, (*inis, n.*) *futuræ rei signum* : 988. Ahnungs-Zeichen (Ahnungs-anlaß.) [*q.* Oremen, *ab* Ore. *Inprimis enim sumitur ex eo, cùm verbum præter intentionem excidit, eventum post secum trahens,*]

-inari, Ihm Ahnen lassen/ vorDeuten.

-inator, vorDeuter/ ZeichenDeuter.

-inosus, 137. was böses vorDeutend/(abScheulich.)

abOmin-ari, *ut malum omen detestari & aversari* : 284. Grewel (Abschew ob etwas) haben.

-andus, (& -abilis, *s. a. v.*) 992. Grewlich/ Abschewlich.

-atio, ein Grewel.

Qui omina *captat, & ex illis* ominosa *quædam* ominatur, ominator *est. Sed alij talia, velut* abominandâ abominationem, abominantur.

Omentum, *intestinorum* operimentum : 230. Gedärm Netz.

Omn-is, (& -es, *plur.*) *quotquot sunt de quibus loquimur*: 13. 60. Alle. *N. cùm de singulis dicitur, exponitur* ein Jeder. [ὁμὸν, *simul, unà.*]

-ia,

Omnes *homines possunt* omninò *errare, circa* omnia omnifariàm: *quidam in-*

-ia (*i.e. omnes res*) 6.11.200.224. Alles.
-ĭfārius, (& -ĭmŏdus,) 628. 672. Allerley.
-ĭfāriàm, (& -ĭmŏdè) (auff) Allerley weise.
-īnò, 445. Allerdings / in Alleweg / Durchauß.

superintricant se omnimodis absurditatibus.

Onăger, (*gri,*) *ferus asinus*: 186. Wild Esel / Wald Esel. [ὄναγρος.]

Oneromantes, TraumDeuter.

Oniscus, *vermis*: 136. Dunck Esel. [ὀνίσκος]

Onŏcrŏtălus, 147. [ὀνοκρόταλος] Sackgans.

On-us, (*eris, n.*) *aliquid portatu grave*: 169. 439. Last / Ladung. [ὠνὸς, *gravis.*]
(2) *quicquid premit*: 787. über Last / Beschwerde.
-eraria *navis* Last Schiff.
-ĕrārius, *quod oneratur*: Lastbar / Last.
-ĕrāre, *onere gravare*: 897. Laden / beLaden / beLästigen.
-eratus (& -ustus) *cui onus impositum*: 454. 910. beLaden / beLästiget.
-erŏsus, *quod onerat* 971. überLästig / beLastend / beSchwerlich. (Laden.
deOnerare, *onus deponere*: abLaden / ent-
exOnerare, *idem usitatius*: 733. außLaden / entLedigen.
(2) *de flumine*: 561. außGiessen.

Onerariæ *naves* onerantur onere (1) *mercium*, (*aliisque* onerosis *rebus*) *rursumque alibi* exonerantur. *Tu vide ne cuiquam sis* oneri (2) *si quid peccari tuo* onustum *sentis*, deonerabit *patientia*.

Opāc-us, *umbrosus, obscurus*: 550. Schattigt. [*ab ἀφεγγὴς, tenebrosus*: *vel à παχὺς, densus.*]
(2) nō *transluceus* 120. undurchSichtig.
-ĭtas, 530. Schattigkeit/undurchSichtigkeit.
-āre (& inOpācāre) *opatum facere*: 111. Schattig machen/ beSchatten/ beDecken.

Opacæ (1) *arboreso*-pacitate *suâ* inopacant *humum*.

Opera V. Opus. *Operculum* & *Operire* V. Perire. *Opes* V. Ops. *Opifex*. V. Opus. *Opilio* V. Ovis.

Opīm-us, *pinguis*: Feist. [*à G.* πιμελὴς *idem.*]
-ĭtas, die Feiste.
-āre, Feistmachen/ Mästen.

Opimamus *pecora, ut* opima *sint*, opimitateq; *suâ pòst meliùs nutriant.*

Opīn-āri, *minùs certò rem scire*: Wähnen/verMuthen. [*ab H.* Pun *animi pendere, hæsitare*: *vel à G.* πινύω. *intelligo.*]
-io (& -ātio, & -ātus, *ûs*) 280. Wahn/ verMuthung.
-ābĭlis, Wahnlich (davor man einen Wahn hat) verMuthlich.
inOpīn-ābĭlis, (& -us, *a*, *um*,) 617. unverMuthlich/ unverSehen.
-ātus, unverMuthet.
-ans (& Nec-opinans) *cui præter opinionem aliquid accidit*: nicht verMuthend.
-anter (& -ātè, & -ātò,) *præter opinionem*: 893. unverMuthiglich/ unverSehenlich.

Opinari *non est scire. Cùm ergò infinitæ sint de rebus* opinationes, *scientia nostra quantilla erit?* Opinionibus *mundus regitur. Quid a. quòd* inopinanter *pleraq; eveniunt*, nec-opinātib[9] *nobis mors ipsa plerunq; ino*pinata *venit*, inopinātesq; *opprimit.*

Opiparus V. Parare. *Opis* & *Opitulari* V. Ops.

Opium, *succus incisi papaveris crudi*: 98. Magsamen Safft. [ὀπὸς, *lacteus succus, non sponte, sed scarificatione fluens.*]

Opobalsamum, *balsami succus*; 104. Balsam Safft.

Oportet V. Opus. *Opperiri*, V. Perire.

Oppido, *multùm, valdè*: 653. Sehr / sehr hefftig. [*ab* Ops.]

Oppid-um, *habitaculorum compages, pago major*: 319. 768. Marckt / MarcktFleck / Städtlein. [*à mutua* Ope petenda.]

-ānus, zur Stadt gehörig / Stadt.

(2) *oppidi incola*: 853. Stadtmann / Stadt einwohner.

-ātim, *per oppida*: 796. 887. von Stadt zu Stadt.

Opportunus V. Portare, *Opprobrium* V. Probrum,

Ops, *antiquis* Multitudo. [*ab H.* Pasch, *abundantia, multitudo*,]

Opis, *in sp. significat*, Hülffe 28. 577. 978.

Ope, 391. mit Hülff.

(2) *in plurali* Opes, 621. Haab und Gutt / gütter.

Opitul-āri (opem ferre) 668. Helffen / Hülffe leisten. [*q. ex* Opem tulero.]

-ectio (& -icientia) (fleißige) umbSehung.
exSpect-āre, *foràs spectare*: herauß Sehen.
(2) *In sp.* aliquem, *aliunde egressum spectare*: 627. 668. (außsehen) Warten/ erWarten/ verlangen haben.
-atio, das Warten/ Wartung/ verlangen.
-atus, *cupitus, desideratus*: erWartet/ lang geWartet/ verhofft.
.)(in exSpectatus, ungeWartet/ unverHofft.
inSp-icĕre (& -ectāre) *intueri*: 351. 599. einSehen/ aufSehen/ anSehen/ beSüchtigen.
-ectio, 966. Aufsicht.
-ectatio, 12. auf Sehung/ einSehung.
-ector, 783. einSeher/ aufSeher/ beSichtiger.
introSpicĕre, 215. hinein Sehen.
perSp-icere (& -ectāre) 278. 480. 603. durch Sehen/ erSehen/ wol Mercken/ gründlich erkennen.

Despicere (1) *terram licet*, (*infra te enim est*:) despicari (2) *homines, non licet* (*pares n. tibi sunt*) *aut te superba* despicatio (2) *aliis quoque faciet* dispicatum. *Qui amicũ* exspectat (2) exspectet (1) & dispiciat *tantò attentiori* dispicientiâ, *quantò avidior est* exspectatio. *Sunt tamen quandoque* inexspectata *grata*.
Inspector *mercium* inspicit *res venales, diligenti* inspectatione: *simè* & introspicit *cum opus est*. *Homo* perspicacis *ingenij, facilè* per-

 -ectè,

-ecte, 592. durchSichtig.
-icientia, gründliches erkäntnüß.
-icax, *acutè perspiciens*: 624. Scharff-Sichtig / Scharff Sinnig.
-icacia (& -icicitas) ScharffSichtigkeit/Scharff sinnigkeit.
-icuus, *clarus* 590. DurchSichtig/Klar/deutlich
-icuè, durchSichtiglich/ deutlich/ Klärlich.
-icuitas, 530. durchSichtigkeit/Klarheit.

proSp-icere (& -ectare) aliquid, *eminus aspicere*: 404. 480. 518. weit auf-Sehen.
(2) *futurum aliquid pravidere*: 609. zuvorSehen.
(3) *alicui, providere*: 775. einen versorgen/ einen wol anBringen/verSehē.
-ectus (*ûs*) 773. aufSicht/ ein aufSehen.
-ectatio, 673. auf Sehung/ umbSehung.
-icienter, *provide*: vorsichtiglich.

reSp-icere, (-ectáre) 75. 442. 570. umbSehen/ das Absehen haben / zurück-(oder hinter sich-) Sehen.
(2) *honore*: aufSehen/ in acht halten / auf Sicht haben.
-ectus (*ûs*) 987. abSicht / das abSehen / auf Sicht.
-ectu (*hujus rei*) 759. in abSehung (dieser Sachen) in Betrachtug.

suSp-icere (& -ectare) *sursum aspicere*: 21. hinauf-(in die höhe) Sehen/über sich Sehen.
(2) *Tr.*

perspicatis *sua* perspicit *ac* transspicit *res*, perspicuamq; perspicientiam *acquirit illarum quoq; rerum, quæ aliis nihil* perspicuitatis *habere videntur.*
Sapiens prospicit (1) *futura* prospicienter; *&, ut sibi alij quoq;* prospiciant (3) *præmonet. E turri n.* perspectatibus (1) *amplius patet* prospectus *in campos.*
Respicimus (1) *quod à tergo est. sed* respectamus (2), *quem* respectu *virtutis veneramur.*
Suspectando (1) *cælum*, suspicimus (2) *ejus altitudi-*

(2) *Tr. admirari, & venerari, aliquem*: groß Achten.
-ĭcāri, *malè de aliquo opinari (ex malè, aut insufficienter, inspecta re)* 648. verdencken / Argwohnen / einen Argwohn haben.
-ectus *(a, um)* verdächtig/verArgwohnet.
-iciósus (& -ĭcax) *qui suspicit, & malè de aliis opinatur*: Argdenckig / verdencklich/ Argwöhnisch/ Argdenckisch / Arvdächtig. (Argwohn.
-ectio (& -ĭcio) 180. 648. verdacht /
transSpicere, (wo) durch Sehen/ Kucken.

tudinem: quam imperiti suspicantur longè minorem esse, habentque suspectos Astronomos. Sed præstaret suspiciosos (suspicaces) *esse alibi; hic* suspicioni *locus non est.*

Spectrum, & *Specula* & *Speculum* V. Specere.

Spĕcus *(ûs, m. f. n.) cavitas terræ vel petræ*: 16. 395. eine Höle. [σπέος]
Spēlunca (& Spēlæum) *idem*. 184. [σπήλαιον]

Spelta, *posterioris ævi scriptoribus idem ac* Zea: 92. Dinckel/ Spelten.

Spelunca V. Specus.

Spĕr-āre, *futurum bonum avidè exspectare*: 14. 283. 763. Hoffen. [*ex H.* Schibber, *sperare, exspectare.*]
-ātus, verHofft.
.)(. inSperatus, unverHofft.
-ābilis, *speratu possibilis*: verHoffetlich.
.)(. inSperabilis, unverHoffentlich.
-es (*antiquè apud* Ennium: *nunc eliso* re, spes.)
Spes (*ei, f. dim.* Spĕcŭla) *avida futuri*

Sperabilia speramus; insperabilia desperamus; insperata, *si veniunt, admiramur.* Exspes, *prædesperatione agit omnia* desperanter. *Sed &* sperata, *sæpe finuno*

futuri boni exspectatio: 901. 908. Hoffnung.

Spe citiùs, über der Hoffe geschwinder

deSpēr-āre, *sperare desinere*: 283. Hoffnung verlieren / verlohren geben / verZweiffeln / verZagen.

-atus, *de quo desperavimus*: 785. verZweiffelt / verZagt / verlohren.

-atio, 925. verZweiffelung / verzagung.

-anter, *in modum desperantis*: verZweifflich / verZaglich.

exSpes (*g. o.*) *sine spe*: Hoffnung los / ohne Hoffnung.

Sunt desperata; pereuntque, quæ certa fuerunt visa, spe citiùs. Spes tamen Deo nixa (1), *non confundit.*

Spernĕre, *contemnere*: 281. 629 verAchten.

Sprētor, verAchter.

aSpernā-ri, *contemnendo abhorrere*: 666. verAchtlich halten.

-tio, verAchtung.

Spernet *De*⁹ spretorem *mandatorum suorum*; & *qui superbâ aspernatione aspernatur proximos suos.*

Sphær-a (*æ, f.*) *L. globus*: 27. 540. Kugel. (2) *sphæra lusoria*: Ballen. [σφαῖρα]

-icus, *sphæra formam habens*: Kugel Rund.

-ālis, *ad sphæram pertinens*: zur Kugel dienend.

-istērium, *locus pilæ lusui destinatus*: 839. Ballenhauß.

HemiSphærium, *cæli dimidium*: 542. 578. halbe (welt) Kugel.

De cælesti sphæra hemisphærium *unum*, sphæra *ll formâ expansum, Videmus semper. In* Sphæristerio *luditur* sphærâ (2) *i.e. pilâ.*

Spica,

Spic-a, (*f.* & -us, *m.* & -um, *n.*) *calami frugiferum caput*: 91. ein Aehr. [à στάχυς, *verso* τ *in* π: *vel* à σπίζω, *extendo.*]
-eus, Aehrin / von Aehren.
-āre, *spicas emittere*: Aehren gewinnen/ Schossen.
-ātus, 91. Aehricht.
-ĭfer, *spicas ferens*: Aehren bringend.
-ĭlĕgium, *collectio spicarum*: 335. Aehren lesung/ nach Stoppelung.

Spiciferū *frumentum* spicat *tum*, *cum* spicas *emittit*: *relicta* spicæ *dant* spicilegium.

Spicŭl-um, *cuspis quæ præfigitur hastæ, aut telo*: Spieß eisen. [*quia* spicæ *instar.*]
(2) *telum ipsum*: 189. ein Pfeil.
(3) *aculeus apis*: Stachel.
-āre, *in formam spiculi redigere*: zu Spitzen.
-ator, 877. ein Trabant/ Hartschierer.

Ut spiculator *habeat acutum* spiculum (1) spiculat *sibi telum.*

Spīn-a, *aculeus plantarum quarundam, punctim vulnerans*: ein Dorn/ Dorn stachel. [*ex H.* Seneh, *rubus.*]
(2) -æ (*arum, plur.*) *difficultates*: verworrene Sachen/ ver Wirrungen.
(3) -a dorsi, *contextus vertebrarum in animali*: 222. Rückgrad.
(4) spinæ piscium, 158. Gräten.
-ālis *medulla*: 227. Rückgrads marck.
-eus, 148. Dornen.
-ētum, Dorn Busch.

Spinas (1) *invenies in* spineto, Spineolos, *in* spinosa (1) spino, spinalem *medullam, in* Spina (3) *dorsi*; (*non tamen* spineam): *spinas* (2) *in* spinosis (2) *contentioni* 69: spinas (4). *in Piscibus.*

-ōsus, Dornicht.
(2) Tr. intricatus: verWorren.
Spīn-us (1, f. prunus agrestis: SchleeDorn
e-ōli, fructus ipse: Schleen.

Spīr-a, figura flexuosa, ut serpentis & funis: 238. Zirckelweise gewundene sachen/ Kreißwindung. [σπεῖρα]
(2) In sp. placenta spiralis: ein Pretzel/ Krengel.
(3) ornamentum Pilei: 38.. HutSchnur/ HutSchmuck. (drehet-
-ālis, 517. geWunden / durcheinander ge-
Spīrātim, 460. Zirckelweise.
conSpīrāre, in spiram convolvere: (Ringsweise) Windeln.

Spirarum (1) instar, conspirant se tortiles serpentes: spiras (2) edimus: spiras (3) super pilos gestamus.

Spīr-āre, aerem pulmonis attractione & emissione reciprocare: 248. Athemen/ Athem holen. [q. à σπῶ ἀέρα, traho aerem.]
(2) de aere & vento: Blasen.
-ītus, (ûs) 152. 260. Athem (Wind.)
(2) substantia invisibilis: 921. 924. Geist. (Geist.
(3) vitæ vis in animali: 231.234. Krafft
-ītuālis (& -ītālis) Athemend/Athē holēd
(2 spiritûs proprium: 960. Geistlich.
-ītuāliter, 11. Geistlich/Geistlicher weise.
-ītuōsus, Geistreich.
-āmen (& -āmentum, & -āculum) spirationis transitus: 207. Athem-(Lufft- Rauch-) Loch.
adSpi

Homo spirat (1) dum spiritum (1) per narium spiracula (spiramina) inspirat (1) & exspirat (1), donec exspiret (2). Talis tamen respiratio non cōpetit animæ, utpote spiritui (2) spiritualiq; (2) natura. Quando lenis aura adspirat, (1)

adSpirare, *absolutè*: 451. anAthemen/ anBlasen.

(2) ad aliquid: nach etwas Streben

conSpīr-āre, *in unum spirare*: zusammen Blasen.

(2) *Tr. in aliquid conjurare*: Sich zusammen Rotten/ verSchweren.

-atio (*&* -atus, *ûs*) 883. zusammen Blasung/ zusammen Rottung.

exSpirare, ausAthemen/ ausBlasen.

(2) *Tr* animam, *h.e. mori*: Sterben.

inSpir-are, einAthemen/ einBlasen.

(2) *Tr, in genere*: einGeben.

-atio, einBlasung/ einGebung.

reSpir-are, 152. 248. Athem wiederholen.

(2) *Tr. recreari, animum erigere*: wieder zu Athem (oder Kräfften) kommen: sich erHolen.

-atio (*&* -atus, *ûs*; *&* -āmen) 207. 249. Athem wiederholung/ das Athemen.

suSpīr-āre, *q. sursum spirare*: 253. über sich Athemen. (2) Seüfftzen.

-ium, 991. ein Seuffzer

(suspiria ducere: Athem holen. *Item* Seuffzen.)

-ātio (*&*-atus, *ûs*) dz Athemen/ dz Seufftzē

-ōsus, *difficultate spirandi laborans*: schwer Athemend/ Dumpffficht/ Schnauffig.

facilior est respiratus: *difficilior, cum venti* conspirant (1). Suspiriosi, *qui impedito* suspiratu *sunt, crebra* suspiria *ducunt*: *religiosi crebrò* suspirāt. *Qui* aspirāt (2) *ad illicita*, conspirāt (2) *sæpè inter se, & ob ejusmodi* cōspiratione *sic coercentur, ut amplius* respirare *nequeant*.

Spiss-us, *partibus densè compactus*: 368. 819. Deicht/ Dicht zusammen gepackt/

Spissum *fiet unguentū, & ad quam* vales.

packt/ Dick. [ex G. σπιδνὸς, densus: quod à σπίζω. extendo.]
-ê, Dicht/ Dichter weise.
-itas (& -itudo) die Dichte.
-are (& conSpissare) 33.50.51. Dicht machen/ Dick machen.
-escere, 39. Dicht werden.
-amentum, Stöpsel/ Dicke materie (dadurch man ein fleissig ding Dicht macht / daß es gestehet) Tráft.

Voles spissitatem (spissitudinem) spissescet, si admisceas spissamentũ idoneum, quo conspissetur.

Spitham-a, spacium inter pollicem & digitũ minimum extensos: 524. ein Spanne: [σπιθαμη: à σπίζω, extendo.]
-æus [σπιθαμαῖος] 316. Spannen lang.

Sple-n (enis, m.) L. Lien: 230. Miltz. [σπλὴν]
-neticus, spleni inserviens: 811. dem Miltz dienlich.
(2) qui splene laborat (aliàs Splenicus) Miltz süchtig.

Splene laborans splenicus est: curatura medicinis spleneticis.

Splend-ere (escere) clarè lucere: 25. Scheinen. [Assonat G. λάμπω, idem.
-or, 28. Schein.
-idus, 26. Scheinbar. (2) Ansehnlich.
-idè, Scheinbarlich/ (2) Ansehnlich.
-escere, Scheinbar werden.
exSplendescere, herfür Scheinen.
reSplendere, 205. wieder Scheinen/ Schein von sich Geben.

Splẽdida luna nonnu splẽdidè splẽdet: atq; si quando splendorẽ ejus nubes obtexit, rursum exsplendescens splendidius resplendet.
Vir splendidus (2) splendidè (2) se gerit: hypocrita tantũ splẽdescere quærit

Splenium, zugPflaster.

Spŏli-um, *bonum aliis ereptum*: 910. Raub/ Beute. [*ex G.* σκῦλον, & σῦλον *id.*]
-āre, 431. Rauben/ Plündern.
-ator (-atrix) Rauber/ (-in)
-arium, *locus ubi homines spoliantur, aut spoliatores degunt*: Raubhauß/ Raubnest/ Mördergrube.
de. (& dis) Spoliare, beRauben
exSpoliare, gantz beRauben / gar entBlössen.

Spoliator, *cùm* spolijs *inhiat, eripit è* spoliario *suo, et* Viatores spoliat, *Vestitu* despoliat, *Vitâ* exspoliat. *Eheu!*

Sponda, *coassatio lecti*: 733. Spannbett / (oder Sponbett) Bett Sponde.

Spou-dēre, *sponte promittere*: anGeloben/ verSprechen/ freywillig verheissen. [*à* σπένδω, *spondeo, paciscor.*]
-sus (*ûs*, & -sio) *promissio*: anGelobung/ hand gelobnüß/ verSprechung.
-sio *item significat.* 852. (2) Wettung. [*qua quis spondet eventum*]
-siōnem facere: Wetten.
-sus (*a, um*) *quod spopondimus*: verSprochen/ vergelobet/ Angelobet.
-sus (*i, m.*) *qui spondetur puella.* 740. 741. verLobter/ ein Bräutigam.
-sa (*æ, f.*) *quæ spondetur sponso*: 740. 741. verLobte/ eine Braut.
-sālia (*ium* & *iorum*) *contractus sponsionum*: verlöbnuß/ Eheberednuß/ Heyraths abrede.
-salitia, 739, *idem*.
-sor, *qui promittit*: Angelober/Bürg.

Spondere *ne propera*; sponsionem (1) *sequitur obligatio. Atque cùm* sponsor *non præstat* spōsum (*quod spopondit*) *convenitur jure; etiam si in aliena causa* consponsor (*aut* respensor)(2) *fuit.*

Sponso despondetur sponsa: *qui* desponsi *celebrant* spōsalia, *mutuè*

Vu 5 conspon-

conSponſor, *qui ſimul ſpondet*: ein mit-Gelober/ mit Bürge.

deSpon-dēre (*ſponſam*), *promittere* (*ſibi vel alteri*): 739. verLoben / verTrawen / vermählen.

(2) animum, 637, Den Muth verlieren / (oder Fallen / oder Sincken laſſen.)

-ſus (& -ſātus) 739. verLobet / vermählet / verTrawet.

-ſatio, 739. verLobung verMählung.

reSpon-dēre, *è contrario ſpondere*: wieder verSprechen.

(1) *interroganti vocem reddere*: Antworten / beAntworten.

(3) *alteri convenire, non diſcrepare ab illo*: ZuTreffen / übereinTreffen / ſich gleichen.

-ſāre (& -ſitāre) wieder Antworten.

(2) *Tr. reſiſtere indignanter*: 647. wieder Murren / wieder Bellen.

-ſio (& -ſum) 714. 715. Antwort.

-ſus (*ûs*) *convenientia, conſenſus*: überein Treffung / Das zuTreffen / Gleichförmigkeit.

-ſor, *qui pro aliquo ſpondet, & q. promiſſis reſpondet, & ſatis facit*: Antworter / verTröſter / Bürge.

reſponſu; (*ubi alter ſponder, alter reſpondet* (1).

Ad interrogata reſpondemus (2) *placidè*: *moroſus autem reſponſat* (2) *impatienter* o ſi quid nō reſpondet (3) *ejus Voluntati*.

Tu in ſtudiis ne deſponde (2) *animum*: *reſpōdebit* (3) *diligentia profectus*, *ſponſionem facie*.

Spongi-a 99. [σπογγία] Schwamm.

-ōſus, *ſpongiæ ſimilis*: 72. Schwammicht.

-ola,

Spongiæ inſtar eſt ſpongioſus pulmo, & ſpongiola.

-ŏla, *fungus spongiosus*: 82. Morche/ Morcheln.

Spon-s (*tu*) *voluntas*: Suæ spon-tis, *liber*: frey.

-tè (&, Sponte suâ) *voluntariè*: 31. 663. Freywilliglich/ von sich selbst/ Selbswilliglich.

-tāneus, *quod sponte fit*: Freywillig/ Selbswillig.

Si tuæ spontis es, fac bona spontè; ut pietas tua spontanea sit.

Sponsio & *Sponsus* v. Spondere. Spontè v. Spons.

Sporta (-ŭla) *vas vimineū*: 732. TragKorb.

[σπυρὶς, σπυρίδος.]

Spu-ĕre, *salivam ejicere*: Speyen. [πτύω] ('tzeln

Spú-tāre, 623. offt Speicheln/ Sprützen/ Sprü-

-tum, *excrementitia saliva*: 244. außgeworffener Speichel.

-tātor, Sprützeler/ der offt außwirfft.

ConSpu-ere (& -tāre) *sputo commacu-lare*: beSpeyen/ beSprützen/ verSpeyen.

DeSpuere, anSpeyen.

ExSpuere, außSpeyen.

InSpu-ere (& -tāre) einSpeyen/ auffSpeyen

ReSpuere, *iterum spuere*: wieder außSpeyen (2) *Tr. repudiare*: 656. verAchten/ abSchlagen.

Spuere, naturale est. Sed sputator, frequenter sputans, sputo quod exspuit ne conspuat alios: ita enim despuere, vitium est. Inspuere in faciem alicui, probrosum est: respuere (2) donum, incivile.

Spūm-a, *bullarum minimarum congeries*: 53. Schaum/ Jescht.

[à Spuo: q. *aqua sputum*.]

-eus, *spumam referens*: 72. 229. Schawmend/ Schawm-

De spuma quid dicemus? Omnis humor spumescit cū concutitur: maximè tamen spumosus, est spu-

-osus:

-ŏſus, *ſpumam habens multam*: Schaumöchtig/ Schaumig/ Jeſchtickt.

-āre, *ſpumas emittere*: 186. 366. Schaumen/ Jeſchten/ Schaum aufwerffen.

-eſcĕre, Schaumicht werden.

-eſcens, 51. Schaumicht.

-ātus (*ûs*) das Schaumen.

deSpumare, *ſpumam auferre*: abSchäumen.

exSpumare, *ſpumando emanare*: aufSchäumen.

ſior: tali n. facilè ſp mat, ut eqvo ſpum te, & ſp matu abun dante, V des. Carn cocta hum rem exſp mant: ſed ſpumantur ſpumeaq; liquata ab ciuntur.

Spurc-us, *immundus*: 570. Unſtätig/ Garſtig. [*q.* conſpui *dignus*: *vel à* Porco, *q.* ex-Porcus, Säwiſch, *Aſſonat &* G. ῥυπαρὸς, *ſordidus.*]

-è, Unſtätiglich/ Garſtiglich.

-ĭtia (& -ĭties) 617. Unſtätigkeit/ Unflat/ Garſtigkeit.

-āre (& conSpurcare) 675. 143/ Garſtigmachen/ verunReinigen.

De rebi ſpurcis ſi ſpurcitie l qui poſſun ne? Imo ei am cogit re ſpurce, c ſpurcat (ſp cat) anim Cave!

Spūri-us, *incerto patre natus*: 756. Huren Kind/ unEhelich. [*à* σποράς, *ſparſus.*]

-us (*a, um*) *adulterinus, ſuppoſititius*: verFälſch

Sputum V. Spuere.

Squāl-or, *concretus in cute ſudor*: 467. 833. Qwalſter/ angeSeſſener unrath. [*à* σκύβαλον, *purgamenta qvaſi.*]

-ĭdus, 753. Unräthlich/ Unſtätig/ Qwalſtrig

-ēre, des Unraths über und über voll seyn/ unSauber seyn.

Cui à di turno car re ſqualor ſedit, is ſc let: h. e. bet ſqual cutem.

Squ-

Squām-a, *crustula coriacea piscis, aut serpentis* : 162. 175. Schuppen. [*q.* Scabma, *à Scabere.*]

-eus (& -ōsus, & -iger) *squamis plenus* : 194. 152. voll Schuppen / Schuppicht.

-ātim, *ad similitudinem compactarum squamarum* : Schuppen weiß.

deSquāmāre, *squamis denudare* : 364. Schuppen / Schuppen abziehen.

Squamas pisci detrahere, est piscem desquamare : squamosi verò etiam sunt serpentes : strobilus squamatim compactus est.

Squilla, *cancellus minimus vermis instar* : 159 Garnier / Garnate.

St! *nota silentij.* Still!

Stabilis & *Stabulum* V. Stare.

Stădi-um, *locus in quo equi homines vé currunt* : 178. 84[3]. ein Rennplatz / Lauf Platz. [στάδιον]

(2) *certa loci distantia, sex jugera* : 125. 524. (ein Feldweges / (weite von 125. Schritten)

-odrŏmus, *qui in stadio cursu certat*, Wett lauf-

(2) *ipse locus*, lauff Platz.

Stagn-um, 47. Stillstehender See / Weier / Pfuel. [*q.* stans aqua: *vel à G.* στεγνὸν, *vas solidum, nè quid effluat.*]

-āre (& re- & super-Stagnare) über-Giessen / über Schwemmen / überlauffen.

-ans aqua, Stillstehendes See wasser.

-āta (*terra*) mit Wasser über Schwemmet.

reStagnatio, über Fluß / das außfliessen.

Stagnū est stagnans aqua; *sive à propria scaturigine, sive à* stagnante (superstagnante) *fluvio; quod re*stagnationē *vocamus.*

Stām-en (*inis, n.*) *filum rectum in tela, & stabile, cui subtegmen intexitur* : 387. der Aufzug (garn auf dem weberzeug.) [στήμων]

(2) *in herbis sunt libri filamentis apti*: 90. Fa

-inea rota, AufzugRade. (denAdern

Stann-um, 65. Zien. [*à G.* ... , *quod similem habet naturam.*

-eus, 416. 814. Zienern.

-ārius, 416 ZienArbeiter/ Kanngiesser.

E stanno fa-cit stannea Vasa stanna-rius.

Stăp-es (*edis, m. & -ĕda, f.*) *instrumentum in ephippio pensile, cui pes inditur*: 436. ein Stegreiff/ Stege-bügel. [*à statione pedis.*]

(2) *Organum auditûs*, 261. Ohrbügel.

Stā-re, *erecto & immoto corpore esse*: 39. 53. 125. Stehen. [ἱςᾶν]

(2) *hinc in gen. non progredi*: 571. Still stehen.

Stă-tio (-tiuncŭla, *dim.*) *standi actus*: das Stehen. (le.

(2) *locus ubi quis stat*: 528. Städt Stel-

(3) Statio militum: 893. Wachtstätte.

(4) Statio navium: 456. Schiffstelle/ Schifflände/Reyde.

-tiōnālis, *stationem servans* Stehēd.

-tiōnārius miles, *cui statio assignata est*: Qvartier Soldaten.

-planeta, Stillstehender Planet.

-tor, *minister Magistratui adstans*: aufWarter.

-tus (*ûs*) *standi conditio*: 789. 805. 869. Stand/ zuStand/ Reichs Stände.

(2) *Standi actus* 138. das Stehen.

(3) *ordines Regni*, 869. 872.

(4) *apud*

Sta! (2) *lo-quemur d-* statu (1) *re-rum, qua Verbis sub hac radice* exstantibus (2) *exprim-possut. Cum duo juxta se* stant (1) *apparet* sta-tio, *an ejus-dem* statur*a sint: non item, si* sta-tione (2) *d- Versa consti-tuantur.*

Stationem (3) *suā ha-bet miles in excubijs, in* stativis *a. in-teger*

(4) apud Rhetores: 891. Haupt-Frage.
-tus (a, um) certus: 42. 139. 696. 958. geSetzt/ angeordnet.
-tarius (a, um) quod stando peragit, aut peragitur: 296. Stehend.
-tura, stantis corporis longitudo: 194. 196. 391. Stehenden Leibeslänge/ Leibs masse.
-tivum (festum) idem quod Status (a, um.)
-tiva (castra) 892. 959. Stehend Läger/ geSchlagen Läger.
Stă-tim, uno statu stando: 734. Stehend/ auf unverwandten fuß/ Alsbald.
Stăbĭl-is, ad perstandum compositus: 772. Stättig/ Standhafftig.
-ĭtas, 395. Stättigkeit/ Standhafftigkeit.
-īre, stabilem facere: b.Stättigen/Standhafftig machen.
-īmen (& -īmentum) beständigung/ beStättigung.
conStăbĭlīre, wol beStättigen.
inStabilis, unStandhafftig.
Stăbŭl-um, stationalis animalium locus: 140. 337. Stall/ Stallung.
(2) Tr. diversorium, herberge.
-ārius, ein Stallknecht.
-i magister, 877. Stallmeister.
-āre (pecus) einStallen.
-ari alicubi: 344. irrgends wozu Stall (zur Herberge) seyn.

teger exercitus, pars ejus in praesidio, stationarius miles dicitur. Naves ante portū, sunt in statione (4). Statis temporibus planeta fit stationalis (statarius). Stator adstat Magistratui, ipsoq; statu (2) ad ministeria promtitudinem ostendit.

Stabularius stabulum curat, & pecoribus de stabulatione, ubi commode stabulentur (1), pro-

-atio,

-atio, 118, anStakung.

abStare, weit darvon Stehen.

adStare, 501. 857. beyStehen / dabey Stehen.

anteStare, *priori loco ſtare*: vorStehen.

(2) *Tr. antecellere*: überTreffen / fürTreffen.

Antiſt-es (*itis, m, & f.*) vorSteher.

(2) *In ſp. Templi ſacerdos*: Oberſter Prieſter / Abt.

-ita, (*a, f.*) *primaria ſacerdos*: 969. vorSteherin / Abtiſſin.

circumSta-re, 978. herumb Stehen / umbStehen.

-ntia (*&* -tio *Gellio*) 565. umbStand.

conSt-are, (1) *ſimul ſtare*: bey ſammẽ Stehẽ.

(2) *conſiſtere non moveri*: 822. beStehen / unVerruckt bleyben.

(3) conſtare *ex partibus*: 402. 438. beStehen.

(4) conſtare *ſibi*: bey ſeiner Rede bleiben / beStändig bleiben.

(5) conſtat *pretio*: 798. es Koſtet.

(6) conſtat *mihi* (*ſc. veritas*) 559. 646. mir iſt Bekand / ich Weiß.

-ans, *tenax propoſiti*: 607. 697. beStändig.

-antia, 672. beStändigkeit.

-anter, 618. beStändiglich.

inconStan-s, unbeStändig.

-ter, unbeStändiglich.

-tia, unbeStändigkeit.

diSta-re, *longe ab alio ſtare*: 528. 898. (weit

videt: ſed Statores quoq; ubi ſtabulentur (2), *quærunt*.

Abſtare *à ſacris, haud convenit* Antiſtiti, *vel* Antiſtitæ, *qui cæteris ſacerdotibus* anteſtant (1); *niſi ſingularis quadam* circumſtantia *id permittat*.

Sed cur ego tibi de Inſtitore (2), *aut ſua* inſtitoria *taberna*; *vel* reſtibili *agro, aliisve* diſtantibus *rebus*; *loquar?* *Tu mihi* adſtas *proximè*, *&* præſtas (1) *rebus cæteris, dignitateq;* præſtas (5) (*ſeu* anteſtas 2) *illis omnibus*: præſtabit (5) *ut*

(weit davon) Stehen / entlegen seyn / Fern seyn.
(2) *Tr. differre*: unterSchieden seyn.
-ntia, 26.27.250. die Weite / entlegenheit.
(2) *differentia*: unterScheid.
exSta-re, 74. 292. 391. herfür Stehen / herfür Ragen / herfür außGehen.
(2) *actu esse*: verhanden seyn / Seyn.
-ntia, 421. herfür Stand / herfür Ragung.
inSt-are, *in procinctu stare*: inStehen / da Stehen / verhanden seyn.
(2) instare (*precibus &c*) innStendig anhalten / dringen.
-itare (*freqv.*) drauf dringen.
-ans, *imminens & præsens*: 452. inStehend (und gleich schon gegenwertig) bevorStehend.
(2) *qui instat (precibus)* inStendig / (instendig) Anhaltend
-antia, inStendigkeit / das Anhalten.
-anter, inStendiglich.
-itor (-itrix) *qui (quæ) instando urget*: anHalter / (-in)
(2) *In sp. mercator domos circumiens (unde &* circuitor *dicitur) mercesq; instando obtrudens*: 796. HaußKrämer / Krämer / Haußirer.
-itorius, Krämerisch / Krämer-
interStit-ium, *quicquid interstat*: 558. ZwischenStand / ZwischenRaum / Zwischenstelle.

tibi præstem (2) *hoc officium*, *&* *qualiter te* præstare (6) *debeas doceam*, *ad* stabiliendum *prudentiã tuam certis* stabilimentis

Cùm tibi instat (1) *negotium*, *&* instat (2) instans *aliqua necessitas*, *ut illi* instites: *ante omnia vide*, *quantum* distes (1) *a scopo*; *& quantum sit inter te & rẽ illam* interstitium; *&* *quæ* circumstent *difficultates*, *aut* obstent *impedimenta*; *& ex quibus rebus cõ*stent (3) *illa* obstacula, *&* *quomodo ab invicem* distent (2)

-io (*onis, f.*) *cessatio*: unterlassung (wenn man ein ding stehen läßt.

obStā-re, *contrà stare*: 445. wiederStehen / im weg Stehen / hinderlich seyn.

-cŭlum, *obstans impedimentum*: wiederStand / im weg stehend hindernüß.

perStare, *ad finem stare*: 979. beHarrlich Stehen.

præSt-are alicui, *priori loco stare*: zu forderst Stehen.

(2) aliquid, *efficere, tribuere*: 459. 634. Leisten / außRichten.

(3) alicui aliquâ re, *antecellere*: Höher stehen/überTreffen.

(4) pro aliquo, *cavere*: dafür stehē/ Gutt dafür seyn. (besser.

(5) Præstat: 633. es stehet besser / es ist

(6) se (*virum &c.*) sich halten/ sich erZeigen (oder erWeisen.)

-ātūrus, der es halten wird,

-abĭlis (& -ns) 202. 375. Fürtrefflich.

-atio, 667. Leistung / erweisung.

-antia, Fürtrefflichkeit.

præSt-ō (esse:) 722. da Stehend seyn / zu handen (seyn) zugegen (seyn.)

-ōlāri, *præsto exspectare*: auf einen (stehend) Warten.

proStare, *in aperto stare*: 582. herauß Stehē.

(2) *venale esse*: Feil stehen/ Feil seyn.

reSt-are, *retrò stare vel manere*: 916. hinter Stellig seyn.

(2) *sub-*

& an præstò *sint media illa superandi.* *Si nondum*, resta (2), *&* præstolare *dum* exstent (1): *non otiosus, sed* instanter instans (2) *medijs quærendis. Si tibi* constabit (6) *quanti* constet (5) *quod comparandum est, compara.*

Si media jam constāt (1), *& omninò* constāt (1), *ut nihil quærendū* restet (1): *tum* Verone restita, *sine* interstitione *rem urge. Si sic* perstiteris, *constabilies res tuas* præsto (4) tibi. *Omnis humana* præstā

(2) *ſubſiſtere*: ſtill Stehen.

(3) *reſiſtere*: wider Stehen.

-ĭtāre (*freqv.*) Ständerlinge machen.

-ĭbĭlis (*ager, vinea, fœcunditas*) Standhafftiglich tragend / Fruchtbar / ein Starcker Acker / (der newe Saat wiederumb erleiden kan.) [*cujus vires adhuc* reſtant]

SubSta-re, *immotum ſtare*: Feſt ſtehen / beStehen / bleiben.

-ntia, *res ſubſtans*. 68. ein für ſich beStendiges (oder beStehendes) Weſen.

SuperSt-āre, *ſuper aliquid ſtare*: auff etwas Stehen.

(2) *Tr. ſupereſſe*: Vbrig ſeyn. *Hinc*

-es (*itis, g. o.*) *qui alterius morti ſuperſtat, ſeu ſupereſt*: *h. e. adhuc vivit*: 757. noch bey Leben / noch am Lebē.

-ĭtāre, *alicui, eum vivendo vincere*: überLeben.

(2) *ſuperſtitem facere*: bey Leben (oder Wolſtand) erhalten.

-ĭtio (*onis, f.*) *nimia & inepta religio*: 988. AberGlaub. [*Inde dicta* (*Cicerone teſte*) *quòd quidam parentes, ut ſui liberi ſibi* ſuperſtites *eſſent, totos dies precabantur & immolabant*] *unde*

-ĭtiōſus, 918. AberGlaubiſch.

tiæ ſubſtantia *eſt*, ſubſtare: *h. e.* conſtantiæ *ſua* conſtanter conſtare (4). Inconſtans, & inſtabilis, *nihil* præſtabile *unquā* præſtabit (2).

Quidam ſuperſtando (1) *effedis, celerrimè vehuntur.*

Vt ſis diu ſuperſtes, *aut tibi* ſuperſtirent (1) *liberi tui*; *non opus eſt* ſuperſtitionē *ulla, aut* ſuperſtitioſis *medicinis*; *Deum ora*; *ut eos* ſuperſtitet (2); *atq; ne frangantur deliciis; cura*.

Stătēra, *libra quâ res ſine lancibus ponderamus*: 534. Schnellwage / Beſemer / Inſchläger. [ςατὴρ & ςαθμὸς, *id.*]

Stătĭc-a, *ponderum scientia* : 510. Gewicht Kunst. [*στατικὴ*.]

-us, 511. Gewicht Künstler

Statim, *Statio*, & *Stativus*, V. Stare. *Statua* V. Statuere.

Statu-ĕre, *ut aliquid stet, aut sedeat, facere* : Ständeln/ Stellen/ Setzen. [*à* Sto, *steti*, *statu* : *vel ex G.* ἵστημι, *statuo*.]

(2) *in mente statuere* : 986. bey sich Schliessen (oder Halten/) dafür halten.

Stătū-tus, geStellet/ geSetzet.

-tum, 713. 783. 872. 934. Satzung/ Satz/ geSetz.

Stătu-a, *simulacrum rei solidum, alicubi statutum* : 416. 867. auffgeStelltes Bildnuß/ Stehend Bildnuß.

(2) Statua salis, 570. Saltz Saule.

-āria, *ars statuas faciendi* : Bildhawer Kunst / Schnitzer Kunst.

-ārius, *statuarum artifex* : 479. Bildhawer/ Schnitzer.

Stătūm-en (*inis, n.*) *quò aliquid fulcitur, ut stet* : 171. Stütze.

-ināre, *fulcimentis firmare* : 402. Stützen.

adStĭtu-ĕre, *juxtà statuere* : neben Stellen.

conStĭt-uĕre, 555. Setzen / anSetzen / anStellen/ beStellen.

(2) *in gen*. 217. Machen.

-ūtus, 403. 790. geSetzt/ geStellet/ Stehend/ sich beFindend.

Statuimus (1) *Viris bene meritis* statuas, *statura humana à* statuario, *secundùm* statuariæ *artem factas, in publico*; *aut* instituimus (1) *alicubi ubi commodè possunt* : adstituendoq; *illis* statumine *ne vacillet, firmiter* statuminamus.

Itaquirem publicam, aut scholâ, insti-

-utio,

-ūtio, 598. Satzūg/anSetzung/anStellūg.
(2) 804. beSchaffenheit.
-ūtor, anOrdner/ anSteller/ anSetzer.
deStĭt-uĕre (1) *imponere*: 855. auffSetzen.
(2) *aliquem deserere*: von einem abSetzen/ verLassen.
-ui, 47. 947: verLassen werden/Mangeln.
-ūtus, 79. verLassen.
inStĭt-uĕre, *ut aliquid firmiter stet ordinare*: 564. 616. einSetzen/anStellen
In sp. (2) *in animo proprio, aliquid sibi proponēdo*: 718 Ihme für Nehmē
(3) *in animo alterius, illum informando*: unterRichten/ anleiten / anLeitung geben.
(4) *in publico, fundando*: Stifften.
-ūtum, 14. 957. (1) einSetzung. (2) das für Nehmen/ (3) unterRichtung / anleitung/ (4) Stifftung
-ūtio, 503. 715. unterRicht
-utor unterRichter. (Stimmen.
præStituere, 612. zuvor beStellen/ zuvor bestimmen.
proStĭt-uĕre, *foràs statuere*, hinauß Setzē.
(2) *In sp famam, pudicitiam &c.* 625. in schand setzen.
-ūtus, hinauß gesetzt / (2) in schand gesetzt.
proStĭbŭlum, *mulier sese prostituens*: 835. Schand hur/ offentliche Hur.
reStĭt-uĕre, 658. 707. wieder zuStellen/wieder einStellen/erStatten/(oder erSetzen / oder einSetzen) wieder Bringen.

instituere (4) instituit (2), *debet eum bonus institutis* (4) *firmare*: *h. e.* constituere *bona* statuta, statutisq; *legibus* præstituere *bonos* institutores, *& exsequutores. Imprimis ut juventus recte* instituatur (3) *secundùm bona* instituta (3); *ne ullus* destituatur *occasionibus proficiendi.*

Cavendum etiam, nè quis permittatur prostituere (2) *pudorem, vel alia bona*: prostibulis *nullus sit locus*: Prostituta (2) *sint simul prostigata.*

-ūtio, 812. 945. erStattung / erSetzung / einSetzung / wieder Bringung.

-ūtor, erSetzer / einSetzer / wieder Bringer.

subStituere, *in alterius locum statuere*: An (eines andern) Statt beStellen verOrdnen.

Si quid in bonis institutis (!) fuerit luxatum, restituatur; aut substituatur melius.

Statumen v. Statuere. *Statura* v. Stare.

Staurāre, *idem ferè quod* Struere, [*ejusdem proinde originis.*]

in-(& re-) Staurā-re, *collapsum aliquid renovare*: 402. erNewern / wieder aufRichten.

-tio, erNewerung.

-tus, erNewert.

-tor, erNewrer.

Instaurati-tius *dies*, & -tivi *ludi* — erNeweret / wiederholt.

Si quid bona structura collapsum est, restaurandum est, quocunque instauratore. Sic & ludi Circenses aliquando in terminis, instauratitios dies habebant.

Stĕga, *tectum, contignatio*: 447. dach / Gaden. [στέγη: στέγω, *tego.*]

Præstĕga, *locus tecto opertus, cætera patulus*: Schoppen / Schopffen. [προστέγιον, *q. d. obtectum.*]

Distĕgum (& Tristĕgum) *ædificium*: 405. Zwey-(drey-) dächig / oder Zwey- (drey-) Gadig. [*antiquis enim contignatio pro tecto erat.*]

Stega, *tecta navis est*; Præstega, *tectum sine parietibus*; Distega & tristega *ædificia sunt duarum vel trium contignationum.*

Stell-a, (-ŭla) *corpus cæleste luminosum*: 26. 28. Stern. [*Vtrumque ex ἀστὴρ; sed Latinum est q. Diminutivum; ut* Libra, libella.]

Stellæ, *in stellato cælo certis constellationibus apparentes*

Stella

Stella cadens: 35. Schiessender Stern/ Sterngeschoß.
-caudāta: SchwantzStern.
-crinīta: HaarStern.
--barbāta: BartStern.
-errātica: IrrStern.
-fixa, 27. FixStern.
-āre, *stellarum modo lucere*: Gläntzē.
-ātus, *stellis plenus*: 28. geStirnt Gläntzend.
conStellatio, *astri positura*: 544. Gestirn stand.
Stellio (*onis, m.*) *animal lacertæ simile, tergo stellulis quibusdam depictum*: 132. Sprinckel Eydechs.

faciunt noctem stellantem: *sive sint* stellæ fixæ, *sive* stellæ erraticæ, *sive* stellæ caudatæ, crinitæ, barbatæ. Stellæ cadentes *in aere fiunt*. Stellio stellulis *depictus est*.

Stemma (*atis, n.*) *corona ex multis floribus composita*: ein Blumen Krantz. [στέμμα]
(2) *imagines majorum*: Wapen Krantz.
(3) *ipsa generis series*: 875. Geschlechts Stamm.

Stenographia, 491. Schnell schreiberkunst.

Sterc-us (*oris, n.*) *excrementum animalium, & quævis sordes*: 137. 242. dreck/Mist [*Vel ab* abstergendo: *Vel ex G.* σκῶρ, σκατοφάγος, *idem.*]
-ŏreus (*a, um*) *ex stercore constans*: dreckern/ Mist.
(2) *Tr. nullius pretij*: verAchtet.
-ŏrōsus, *stercore plenus*: dreckicht/Mistficht/ voll dreck (oder Mist) (hörig.
-ŏrārius, Mist-zum dreck (oder Mist) ge-

Stercus, & stercoreæ (1) *sordes, etiam ad aliquid sunt: collectas n.* è stercorosis *plateis*, & sterquiliniis, *avehimus* stercoratiis *plaustris.* & stercoramus

-ŏrāre, *stercoribus agros fœcundare*: 58. beMisten/ Tüngen (oder düngen.)

-oratio, 331. Mistung/ das Tüngen.

Sterquĭlĭnium, *stercoris receptaculum*: 139. Misthauffen/Mistlache/Mistgrube.

agros; quâ illi stercoratione pingues fiunt.

Stereometri-a, *solida vel cava mensurandi scientia*: Faß messerey Kunst. [*à* στερεὸς *solidus*: *&* μετρέω, *metior.*]

-cus *baculus, exploratorium capacitatum*: Hem-Stab / viesier Ruth.

-cus (*a, um*) 527. Faßmesser.

Stĕril-is, *infructuosus, infœcundus*: 112, 325. unFruchtbar. [στεῖρος: *à* στερέω, *privo.*]

-ĭtas, *sterilis habitus, infœcunditas*: unFruchtbarkeit.

-escĕre, *sterilem fieri*: 371. unFruchtbar werden.

Stern-ĕre, *aliquid humi projectum expandere*: 396. Breiten/ Spreiten / Strewen. [στορέω, *&* στορεννύω, *sterno*]

(2) lectum; Betten.

(3) viam; Pflastern.

(4) humi; nieder Werffen / nieder Schlagen/ Fellen.

-ax (*equus*) abWürffig/ Kützlich.

Strāt-us (*a, um*) *humi expansus*: 774. außgeBreitet / geStrewet / gePflastert / nieder geWorffen.

-um, einStrewe/geStrewtes Bett.

-ura (*tectorum*) 72. die Deckung.

(2) -ūra (*viarum*) Pflasterung / das Pflastern.

Strator (1) sternit (1) stramen (2) *equo*, *equus verò* insternit instragulo. Lectisterniator sternit (2) *lectum* lectisternijs: *dum* stramineum stratū, substernit, *linteamina* insternit, stragula supersternit.

-or, *qui equis substernit*: Pferd Strewer/ Stall Knecht.

(2) Strator viarum: ein Pflasterer.

Străg-es (*is. f.*) *stratorum in bello multitudo*: 899. Fällung/ erLegung.

-ŭlum (& -ŭla) *quôcunq; stratum insternimus*: 469. Decke/ ober Decke/ Beth Decke.

obStrăgŭlum, *calcei stragulum*: Ober Leder (am Schuch) das ober geSchůch.

Strām-en (& -entum) *quod substernitur*. Strew.

(2) *In sp. frugum culmi*: [στρῶμα] 336. 440. Stroh

-ĭneus (& -entĭtius) 12. 341. Strohern/ Stroh- (Stroh-

-entārius, *ad stramen pertinens*:

-ĭnĭsĕca (*s. a. v.*) StrohSchneider.

-entum desectum: 440. Hechsel (oder Hexel.)

conSternere, 400. beStrewen/ beDecken.

inSt-ernere, 435: auffBreiten / beSpreiten / beDecken/ auffLegen.

-răgŭlum (& -rātum) *equorum stragulum*: Pferd Decke.

interSternere, 854. darzwischen Strewen.

Lectisternium *V. Lectus*. 733.

perSternere, durch und durch Strewen.

præSternere, vorher Strewen.

proSt-ernere, *humi sternere*: 40. 362. zu boden Schlagen/ nieder Schlagen.

Viarum strator sternit *viam* stratura (2). *Equus* sternax sternit (4) *equitem*: *vix dignus* stramentitio *pabulo, donec ferocire desinat.*

Victor prostrato *hoste edit mag-*

Xxx 5 -ratus

-rātus, 125. niederge Schlagē/ außge Breitet.

subSt-ernere, 125. unter Strewen/ unter Breiten/ unter Spreiten.

-atus, 125. 230.

-rāmen (& -rāmentum) *quod animalibus substernitur* : unter Strewe/ Strewe.

super: 377. 854. (& super in: 469.) Sternere: über Strewen/ über Spreiten.

gnam stragem : sed sutor calceo superinsternit obstragulum.

Sternu-ĕre (& -tāre) *spiritum è cerebro per nares eructare*: Niesen. [*à G.* πταρνύω, *idem.*]

Sternū-tātio (& -tāmentum) 243. 306. das Niesen.

-tātōrius, 810. Niesen erregend.

Cum quis sternuere *nequit, &* sternutatione *tamen opus esse videtur, moventur* sternutamenta *medicinis* sternutatoriis.

Stern-um, *os pectoris*: 219. Brustgebein. [*στέρνον, pectus. Item Cogitatio, Cor.*] *Vnde venit verbum.*

conStern-are, *subitò perterrefacere* : 636. hefftig er Schrecken.

-ari, er Schreckt werden/ sich ent Setzen.

-atus, er Schrocken/ ent Setzet.

-atio, er Schreckung/ ent Setzung.

exStern-are, *trepidum facere, fugare*: Scheuch (oder Schüchtern) machen.

-atus, Scheuch/ Schüchtern.

Improvisa mala consternant *nos, aut* exsternant, *Quid autem ista differunt?* Exsternatus *fugit*; consternatus *rigescit, & se vix loco movere potest.*

Sterquilinium V. Stercus.

Stert-ĕre, *inter profundè dormiendum sonum exhalare*: 273. 687. Schnarchen. [*ā sono.*]

-or lethalis (*s. a. v.*) 314. Todes Schnarchē

Stertens, *dormit cum strepitu*: destertit *tamē tandem, etiam cùm*

deSter-

deStertere, *expergisci* : auffhören zu Schnarchen / erWachen.

Stibădium, *lectulus ex gramine* : 329. Raasen / Graß Banck (oder Tisch.) [στιβάδιον]

Stibium (*ii, n.*) *lapis metallicus plumbagini similis* : 62. Spieß glas. [στίμμι]

Stigāre [στίγειν] *fodicando pungere* : Stupffen / Stumpffen / Stechen. *Inusit. Sed*

InStīg-āre, *ad aliquid incitare* : 630. 727 anStechen / anTreiben.

-ator, anStecher / anTreiber.

Stigm-a (*atis, n.*) *signum punctione impressum* : Stichmahl.

(2) *speciatim ustione* : [στίγμα] 835. Brandmal / Brand zeichen.

-ăticus (& -ōsus) *stigmate* (*ob maleficium*) *notatus* : mit einem Brandmal gezeichnet.

Stĭmŭl-us, [*q. Stigmulus*] *cuspidatus fustis, quò jumenta instigantur* : 332. ein Stupff rute / Stachel.

-āre (ex- & per-) Stimulare, *stimulis pungere* : 242. 436. Stupffen / Stacheln / anReitzen / Stechen.

-ator (-atrix) Stupffer / anReitzer.

Still-āre, *guttatim fluere* : 53. Trieffen / Tröpffen. [σταλάω]

-a, *gutta ex loco superiore cadens* : 53. fallender Tropff.

-atio,

stertor lethalis *est.*

Stimulis stimulat *arator jumenta, ut ad pergendum* exstimulet. *Tu impios* stimulatores, *qui ad vitia* perstimulant, *fuge* : *quos* stigmate (1 & 2) *notare conveniret, ut* stigmosi *facilius agnosci & vitari possent, mali* Instigatores.

Quis numeret stillas, *cùm nubes pluviam* stillans *à imò*

-ātio, 53. das Trieffen/ Tröpffeln.
-ātus (& -ātitius) *stillando factus*: außgeTreiffelt/außgeTröpffelt/(Distillirt)
-icidium, *locus per quem stillæ de tectis cadunt*: die Trauffe/dachTrauffe
deStill-are, *deorsum stillare*: 98. 379. herab Trieffen/ herunder Tröpffeln/
(2) Destillare facere (*aqvam, oleum*) 816. Distilliren. (rung.
-atio, 51. 305. herunter Trieffung/Distilli-
diStill-are, *idem quod* deStillare.
-ātōrius (*s.a.v.*) zum Distilliren gehörig/ Distillir-
-atoria vesica, Distillier topf.
-ārius (& deStillātor) *concinnator vel venditor destillationum*: Distillirer.
exStillare, 118. 243. außTrieffen/außTröpffeln.
inStillare, *stillando infundere*: 240. einTrieffen / ein Tröpffeln / Tröpfleins weise einflössen.
subStillum *tempus, quod post pluviam est, non siccum*: Tröpflicht (Rieselicht) Wetter.
transStillare, 463. durch Tröpffeln.

& stillatio stillicidiorū, *aut* substilli *temporis, innumera est*. *Catharrhus è capite de*stillans (1) & Instillans *pectori, permolest9 est*: *nec non, cū oculi lacrymis* exstillāt. *At* Destillator (distillator) destillat (2) *per Vasa* distillatoria *aquas* stillatitias (stillatas) *Variÿ usûs*.

Stilus V. Stylus *Stimulus* V. Stigare.

Stīnāre, *inusit. significationem habens obfirmandi*: [à σθενέω, *firmo, roboro*.]
déStin-āre *aliquid, decretâ sententiâ statuere*: 729. beStimmen/ eStellen/ fürSetzen. -atus,

Non destinare *tantū, sed* prædestinare, *solet Vir sapiens quid* destinato *tempore*

-atus, 448. beStimmet/ beStellet.
prædeStin-are, *rem antequam fiat decernere*: 987. vor beStimmen.
-atio, vor beStimmung.
(2) *in sp. divina æterna rerum prædispositio*: Gottes verSehung/ Gnaden Wahl.
obStin-are (*animum, vel animo*:) steiff beStimmen / auff seiner meynung beStehen/ Stutzig seyn.
-atus (& -ax) 947. wiederStimmig / Stutzig.
-ātio (& -ācia) 503. wiederStimmung/ Stutzigkeit.
-atè, 646. Steiff/ Stutziglich.

agere velit at prædestinationem (1) *suam sæpe servat occultam: quantò occultior erit* prædestinatio (2) *sapientissimi Dei? Pavesce! nec te adversus Deum* obstina: obstinatos *pœna expectat propter* obstinationem.

Stingĕre (*vel* Stingvĕre) *inusit*, [ἀςίζω, *pungo*.] *Sed Comp.*
diStin-gvĕre [διαςίζειν] *punctis dividere*: 591. mit Puncten unterScheiden.
(2) *hinc in genere, disterminare*: 585. 781. unterScheiden.
-ctio (& -ctus ús) 585. unterScheidũg.
-ctus (*a, um*) 109. 182. unterScheiden.
-ctè, 723. unterSchiedentlich.
indiStin-ctus, 778. ununterSchieden.
-ctè, 753. ohn unterScheid.
exStin-gvere (*quasi aliquid in cera scriptum expungendo delere, usitatè tamen*) (Leschen.
(1) *flammā opprimere*: 30. Leschẽ auß.
(2) *hinc in gen. perimere*: Tilgen/ verTilgen/ außTilgen. -ctio

Quicquid tibi obvenit, distingve (1) *accuratâ* distinctione, *ut bonum an malum sit* distinctè *videas*: Indistincta *confundunt nos, & quoties* indistinctè *omnia admittis, certò in aliquo peccas.* Exstingvere (1) *incendium laudabile est, de-*

-ctio (& -ctus, ûs) außLeschung/ verTilgung.
-ctus (a, um) 14. außgeLescht/ außgeTilget/ verTilget.
-ctor, qui exstingvit: auß Lescher/ erLescher.
inexStin-ctus, unaußgeLescht / unaußgeTilget.
-gvibilis, 30. unaußleschlich.
inStinct-us (ûs) occulta instigatio: 663. heimlicher anTrieb/ heimliche einGebung.
-or, heimlicher anTreiber/ einGeber.
interStinctus, idem quod Distinctus: 91. zerTheilet.
reStingvere, idē quod exStingvere. 12.

Stīp-āre, densè componere, & (q. calcando) in unum cogere: Stopffen/ Packen/ einPacken dicht an einander brengen [à. G. στύφω, denso; vel στείβω, calco, & calcando denso.]
(2) densè comitari, custodiæ causâ: dicht Begleiten.
-atio, Stopffung/ (2) Begleitung.
-atus (a, um) quod stipavimus: 879. zugeStopfft/ verStopfft eingePackt/ (2) Begleitet.
-ator (m.) qui stipat: Stopffer/ einPacker.
(2) qui Principem comitatur: 877. Begleiter/ QwardiKnecht.
-ticus (vel Stypticus) 60. Zusamendrengend.
-tico acōre, 60. Sawer zusammen drengend.

beturq; extinctori præmiū, Inextingvibilis situs (in quibusdā morbus) exstingvit (2) Vitam, ni maturá exstinctione restinguatur.
Tu Deum ora, ut te suo instinctu regat: instinctori scelerum satana, nullum relinque locum:
Apes, si non sperant omnes ceras stipare liquoribus, fatibus implent (Columella)
Stipatores (1) in navi constipant sarcinas: densá stipatione (1).
Principes magno stipatorum (2) numero, stipati (2) & aliâ) turbâ

-tico.

-tico dulcōre, 60. Süß zusammen drengend.

circumStipare, umbStopffen. (2) umbGebē

conStip-are, in unum cogere: 389. zusammen Stopffen/ zusammen Packen.

-atio (alvi) 296. verStopffung.

obStīp-āre (Plaut.) rimas obturare: verStopffen. (het.

-um (caput) collo reflexo: umbgedre-

-us, 289. Krumbhalß/ Häldeler.

circumstipati (2) incedunt.

Obstipo capite est, cui tendinem colli obstipavit aliquis humor.

Stīpes (itis, m.) validior pars arboris à radice, ramos sustinens: 83. 108. Stamm. [στύπος]

(2) idem quod Sudes. Block.

(3) stupidus homo: 682. ein StockNarr/ungeSchickter Mensch.

Stip-es (is, & Stips, stipis, f.) 887. pecunia certos in usus collecta, & in cistis reposita [ac velut, stipata] gesamlet Geld/ bey Stewer.

(2) Eleemosyna: Allmosen.

Stīp-endium, pecuniaria militum merces: 912. KriegsGeld/ Sold/ beSoldung. [q. stipi-pendium.] (ter.

-endiŏlus, Geld verdienter/ wol verdien-

-endiāri, stipendia facere, mercede servire: umb Geld dienen.

-endiārius, ad stipendia pertinens: zum Sold gehörig.

(2) stipendia merens, umb Sold dienend/ ein Soldat.

(3) sti-

Magistratus cogit stipem (1) à stipendiarijs (3) subditis, & stipendiarijs (1) vectigalibus; ut habeat unde solvat stipendia stipendiarijs (2), præsertim stipendiosis, qui diu stipendiati sunt.

Mendici stipem (2) colligunt

(3) *stipem solvens*: Stewer gebend/ Stewerbar.

ligunt vicatim.

Stipŭl-a, *calamus frugum. In sp. remanens post messem in campo*: 335. Stoppel. [*à* στύπη, *stipes; q. tenerior stipes.*] (licht.

-ārius, *quod stipulis constat*: Stoppe

-āri, *solemni, verborum conceptu, ut aliquid promittatur, postulare*: 659. Fordern (auf etwas) Ja zusagen; Ihme etwas zusagen lassen/ Ihm anGeloben lassen.

[*A rusticis natum verbum, qui in contractibus stipulam accipiebant in manum.*]

-atâ manu (*promittere*) mit hand und mund (angeloben.)

-atio (& -atus, *ûs*) Forderung (auf etwas) Ja zuSagē: eine erforderte zusage.

-ator, ein zusagungs anForderer.

adStipul-ari, *stipulam attingendo promittere*: 659. beyPflichten / zusagen / beyFallen.

reStipul-ari, dargegen etwas erfordern.

-atio, gegenForderung.

Stipulator, *accepta (olim) in manum* stipulâ stipulabatur, eoq; stipulatu *eam sibi obligabat, qui sibi* stipulatâ *manu* adstipulabatur,

Cum verò aliter stipulariâ *illa ceremonia* restipulabatur, restipulatio *fuit.*

Stiria, *stilla glacie concreta*: 53. 60. Eißzapff.

[*à* στερεά, *rigida, firma.*]

Stirp-s (*is, f. m.*) *quicquid radicibus humi fixis terrâ excrescit, arbor vel herba*: 79. 83. Wurtzel gewächs. [*à G.* στέριφος, *firmus.*]

(2) *gene-*

Qualibet stirps, (1) & *quicquid* stirpescit *potest* stirpitùs, exstir

(2) *generis progenies* (*atq; tùm g. f. est tantùm*) 749. geSchlecht: Stam̃.

-ĭtùs, *à stirpe, radicitus*: 325. vom Stamm auff/ von der Wurtzel auß.

-escĕre, *in stirpem converti*: in den Stamm schlagen.

exStirp-āre, *ex stirpe evellere*: 311. auß Roden/ außRotten/ außReuten.

-atio, außWurtzelung/ außRottung/ auß Reutung.

inexStirpābĭlis (*radix*) unaußRottlich.

exstirpari; *licèt videatur* inexstirpabilem *habere radicem. Ita sæpè vidimus magnas* stirpes (2) exstirpationem *passas.*

Strīva, *aratri manubrium*: 332. PflugSterz.
[à stando: *q. stativa.*]

Stoa, *Zenonis Schola Athenis*, [σοὰ]

-ĭcus *philosophus*, 984. die Stoici.

Stŏl-o, (*ónis, m.*) *inutilis in arbore pullulatio*: 324. Neben Schoß.
[*ex H.* Schetil, *planta*: *vel à* στέλλω, *mitto*: *quia emittit ramusculos inutiles.*]

-ĭdus, *præter rationem agens*: 613. Tölpisch/ Tölpel.

-idè, 651. Tölpisch/Tölpischer weise/Thörlich

-ĭdĭtas, Tölpeley/ Thorheit.

Stolo, *præter necessitatem germinat*: stolidus, *præter rationem* stolidè *agendo, suam* stoliditatem *ostendit.*

Stŏmăch-us, *os ventriculi superius*: 237. 811. Magen mund. [στόμαχος]

(2) *N. Sumitur tamen & pro Gula, & pro Ventriculo ipso*, Magen.

-ĭcus, *stomacho serviens*: dem Magen dienlich.

Qui laborat stomacho, stomachicus (2) *est*; stomachicisq; (1) *rebus curatur. At* stomacho

(2) *è stomacho laborās* : Magnsüchtig

-ārı, (*aliquid, vel-cui*) *nauseabunde aliquid ferre* : 655. unlustig seyn/ Murrisch seyn / ungedultig seyn.

-ōsus (*&* -ābundus) *qui facilè stomachatur* : Murrisch/ ungedultig/ Zornmüthig.

ebosus omnia (omnibus, de omnibus) stomachatur.

Stŏrea, *textura ex stramentis, quæ humi sternitur* : 469. Stroh Matte. [*à* στορέω, *Verto.*]

Străb-o (*&* -us) *oculis distortis* : 290. Schielender/ Scheel sehender. [στραβὸς : *à* στρέφω, *sterno.*]

Strages, Stragulum & *Stramen* V Sternere.

Strangŭl-āre , *fauces constringendo necare* : 835. Würgen/ erWürgen. [στραγγαλόω]

-ātio (*&* -atus, *ûs*) das erWürgen.

Stranguria, 303. Harn strenge/ Harn schneide. [στραγγουρία]

Strătăgēma (*atis. n.*) *callidum consilium, quô Dux exercitûs hostem circumvenit* : 906. Kriegs Renck/ Kriegs Anschlag/ Kriegs List / Kriegs Possen. [στρατήγημα]

Strēna, *donarium sub novi anni initium* : 669. New Jahrs geschenck. [*an à* Struo annum *i. e.* Vetus *?* Assenat *&* G. ξένιον, *donum.*]

Strēnu-us , *in agendo impiger, alacer* : 911. Rüstig/ Strena/ Dapffer/ unverDrossen. [*utrumq́ à G.* στρηνὴς , *asper, acutus.*]

-è , *fortiter, diligenter* : 612. Rüstiglich/ Dapfferlich.

-ĭtas,

Strenuus strenuè agit; instrenuus piger est. Decet in primis viros nobiles strenuitas.

-ĭtas, 895. Rüstigkeit/Dapfferkeit/Strenge.
inStrenuus, unRüstig / unStreng / unDapffer.

Strĕp-ĕre (-ĭtāre) *sonum stridulum inconditumq́ edere*: 188. 779. Rauschen / Getöse machen / Schnattern / Schwadern. [*à G.* στρέφω, *verto*: *vel à sono* Str.]

-ĭtus (*ûs*) *sonus è collisione, aut attactu rerum ad se invicem*: 637. 779. ein Getöse / geRausch.

adStrĕpĕre, herzu Rauschen.

circumStrepere, 601. herumb-Rauschen / (Schnattern.)

con-(& in-) Strepere, zusammen Rauschen / einRauschen / einSchnurren.

interStrepere, darzwischen Rauschen (oder Schnattern) untereinander Rauschen.

obStrepere, entgegenRauschen/wiederRauschē

perStrepere, *valdè strepere*: starck Rauschen / ein groß geTöse (oder geTümmel) machen.

... in strepitum audire! ingredere rusticorum cauponam; perstrepere & circumstrepere omnia audies: videbisq́ quo modo hic illi jam adstrepat, jam obstrepat, jam tertius quis interstrepat, omnes denisq́ constrepant. At non aliter strepitant omnia vulgi negotia, in auribus sapientis.

Stria V. Striga. *Striblita* V. Scriblita. *Strictim* V. Stringere.

Strīd-ēre, *150.* (& -ĕre) *sonum aures asperantem edere.*
(1) *sive exiliorem*: Kirren/Knirschen
(2) *sive crassiorem*: 404. Knarren.
[*ex G.* τρίζω, *idem, à sono factum.*]

-or, 150. das Kirren / Knarren.

-ŭlus, Kirrend / Knarrend.

Omnis stridor *auribus ingratus est*: *sive* stridulum *plaustrum* strideat (1) *sive* strideat (2) *rudens* &c.

Strig-a, *ordo rerum* strictarum, *in longum porrectarum*: 342. ein langer Strich oder Reihe. [*à* Stringendo.]
(2) *In sp.* ein Runtzel / Furch Hewzeil. *&c. Hinc*
-ōsus, *rugosâ macie*: 287. Runtzelicht / außgeMergelt / Straubig.
Stri-a (*omisso* g) *striga cavata*: ein holer Strich. (eine Holkehle.
(2) *In sp. canaliculus columna*:
-āre, hole Striche machen.
-atus, 80. 460. hole Striche habend.

Strigas *facit arator, agrum sulcans; aliquando* strigosis *jumentis.* Strias *ibi videbis, ut &* instriatis *columnis, qua ornatus causâ* striari *solent.*

Strigilis & *Strigmentum* V. Stringere.

Stringĕre, *arctè comprimere, & per angustum foramen trahere*: 308. 888. zusammen Drucken (oder Stricken.) (2) und dann Zucken. (3) und also Streiffen (oder Streiffeln.) [στραγγεύω]
Strict-us, zusammen geFasset/oder verStrickt
(2) *gladius extract9*: 839. außgeZuckt
(3) Stricta *vestis*: Glatt ligend.
-è (*&* -im) *arctè, breviter*: 689. zusammen geFasset / Genaw / (Kürtzlich / Steiff) Streng.
-īvus (*fructus*) *stringendo decerptus*: 326. geStreiffelt / mit händen abgeBrochen / abgeRissen.
-or, *qui stringit fructus*: 326. (Obst-) Streiffer.
-ūra, *lamellula ferro cusa decidens*: 414.

Dum strictor *frondem manu* stringit (1) *h. e.* constringit *ac* obstringit; *moxq́ subitò* stringit (2) *h. e.* perstringit (2); *fit, ut folia* stringantur (3) *h. e.* abstringantur *ac* destringantur. *Sed miles gladio* stricto (2) *dimicat. Iudex in suo* districtu *ad leges suas* strictè

414. Schuppen / die vom glüenden Eisen fallen : Hammerschlag.

Strĭg-ĭlis (*is, f. G.* στλεγγὶς: *vulgò, sed illatinè,* Strigil) *instrumentum stringendi, pecten fricatorius* : 440. ein Striegel / Pferd Schrappen.

-mentum (*&* deStrigmentum) *sordes quæ ex corporibus destringuntur* : 467. abgeStreiffelter unflat/ Wälger/ PferdStaub.

-illāre, *strigilare* : Striegeln.

obStrĭgillāre, *strigili obsistere* : sich wiedern.

(2) *Tr. obloqui* : wiederMutren.

abStringere, 376. abStricken/ aufKnüpffen / abStreiffen.

adStri-ngere (*vel* aStringere) 42. 809. zusammen-drücken/ -Stricken/ -ziehen.

(2) *tr. legibus*: verBinden/verStrickē.

(3) ad Stringere *ligulam* : 384. einNeßeln/ zuZiehen.

-ctus, 695. verBundē/Genaw/ verStrickt.

-ctōrius, zusammen Strengig.

conStringere, 440. 936. zusammen Stricken.

deStringere, 385. abStreiffen/abKürtzen.

(2) *semen lini*: Reffeln.

de Strigmentum, *idem quod* Ramentum: abSchabung.

diStri-ngere, 834. zerStricken/ zücken.

-ctus (*ūs: i. e. v.*) 871. ein zerStricktes Land/ von andern unterschieden Kreiß / Weichbild.

obStri-

adstringit (1) *omnes sibi* obstrictos : *ac ne* restringere (1) *sa queant,* restringit (2) *licentiam eorum*, *qui sibi* obstrigillant (2).

Strigili distringimus strigmenta, *&* strigillamus *equos* ; *tametsi* obstrigillare (1) *soleant.*

obStri-ngere, 887. verStricken/ (verBindē.)

-ctus (*a, um*) verStrickt/ (verBunden.)

perStringere, 839. durchStreiffen.

(2) *Tr. verbis reprehendere*: durchZiehen (mit worten.)

(3) *idem quod* Præstringere.

præStringere, (*oculos*) 981. die Augen beZücken/ beStricken: Blenden.

> *Qui linum* destringit (2) substringit *Vestem*, *ut* restrictim stringat (3).

Præstigi-æ (*arum*,) [*loco Præ-strigiæ*] *delusiones oculorum*: AugenBlendung/ Blendenwerck/ Gauckeley.

-ator (-atrix) Augenblender / Gauckeler.

-osus, Gaucklerisch.

reStri-ngere, *strictum solvere*: 591. aufStricken/ auflösen.

(2) *rursum stringere*: 591. beStrickē / umbStricken/ einZiehen.

-ctus (*a, um*) umbgeStrickt / eingeZogen.

-ctè (& -ctim) *idem quod* Strictè.

subStringere (*vestem*) 382. unterZiehen / aufSchürtzen/ unterBinden.

> Præstigiator præstigijs *suis* præstringit *oculos simplicium*: *dignus ob suas* præstigiosas *artes* perstringi (2), *non Verbis tantùm*; *sed Virgis, aut flagris*.

Strix [στρίγξ] *avis, caprimulgus* (*Gesnero*) ein Ziegen Melcker.

(2) *mulier venefica, infantes infestans*: 508. Melck Hexe.

Strŏbīlus, *nux abiegna turbinata*: 115. Tannen Zapff. [στρόβιλος]

Strŏpha (*æ, f.*) *versutia, fraus*: Listiger Ranck/ Schalckheit / geschwinder außSchlupff. [στροφή, *ῆς*]

Stro-

Strŏphi-um, *aliquid tortile, aut versatile:* [στρόφιον: ἀ στρέφω, verso, torqueo.]
In sp. (1) *Corolla, seu sertum*: Blumen Krantz. (Tüchlein
(2) *linteolum manuale*: 388. Handscher.
-ŏlum, *idem.*
-ārius, *qui strophia facit*: Krantzma-

Strophium (1) *olim dicebatur corolla (Quintil.): nobis* strophium 2) *est sudarium.*

Stru-ĕre, *ordinatè componere*: 322. 358. Rüsten/ zusammen Setzen Bawen. [ἀ στερεῶ *statuo firmiter.*]
-ctĭlis, *struendo effectus*: 402. von vielen Stücken (zusammen) geRüstet (geSetzt.)
-ctio, 401. (zusammen) Rüstung.
-ctor, *qui struit*: auffRüster / auffBawer/ Bawman.
(2) *In sp. qui illata mensis fercula disponit & distribuit*: 857. ein FürSchneider.
-ctūra, 215. 399. 401. Rüstung / geRüstetes gebäwd. (2) Bawung.
-es (*is, f.*) *structa rerum congeries*: 396. zusammen geRüsteter hauffe/Stoß.
adStru ere, 733. 776. hinzu Rüsten / hinzu Setzen/ (anBawen)
circumStruere, herumb-Rüsten (Bawen.)
conStruere, 322. 449. 538. zusammen Rüsten/ erBawen/ zusammen Setzen.
deStru-ere, *structum corrumpere*: 402. 601. abReissen/ ein Reissen / zerStören

Struem *lignorum* struere, *aut* structilem *sepem* exstruere, *non magnæ artis* structura *est. Sed* construere *arces, & illis* circumstruere *muros, &* adstruere *turres, &* præstruere *propugnacula, &* obstruere *flumina molibus; & denique ita* substruere, *nè* structa destrui *opus sit, ars est; ad quam* instrui *opus habent homines*

exStruere, 148. 360. außRüsten/ auffSetzen/ auffBawen.

inStru-ere, 825. 829. 887. außRüsten / zuRüsten / anRichten / zuRichten / nachRicht geben / verSehen.

(2) Instruere *scientiâ*: unterWeisen.

-ctio (& -ctus, *ûs*) zuRüstung/ anRichtung. (2) unterWeisung:

-ctus (*a, um.*) 876. 952. 825. außgeRüst/ verSehen. (2) unterWiesen.

InStrû-mentum, *instruendi medium*: 485. 506. 528. 906. Rüst zeug/Werkzeug

(2) *In sp.* Instrumentum Musicum: 475. ein Instrument.

obStru-ere (*parietem luminis*) (das Licht) verBawen/ verStopffen.

-ctio, 303. 308. verStopffung.

præStru-ere, 774. vorBawen.

subStruere, 408. unterBawen.

superStruere, 400. über (etwas) Bawen / auff (etwas) Bawen.

nes, bonâ instruction *Ciborum* structor (2) *cùm mensa certo ferculorum* instructa instru cta *est, dividit cibos* instrumentis *suis &c.*

Strûm-a (*æ, f.*) *tumor in gutture: 287.* Kropff. [*à* στρῶμα. *tortum quid.*]

-ôsus (& -âticus) *qui strumâ laborat*: 289. Kräpffiecht.

Strûthio (*ónis m.* & Strûthiô Câmêlus) 137. ein Strauß/ StraußVogel. [στρουθός]

Stûd-ére, *alicui rei curam dare*; 501. sich (eines dings) beFleissigen/ einem ding obLigen. [σπουδάζω, *studeo*: *hinc* σπουδή, *studium.*] (2) *In*

Qui studere (2) *Vult*, studeat (1) *etiam Virtutibus, Lite-*

stu-

(2) *In sp.* studere literis: Studieren

-ium, *vehemens alicujus rei cura*: 601. 615. beFleissigung / embsiger Fleiß.

(2) *literarum*: 716. 722. das Studieren

-iô, 605. mit Fleiß.

-iôsus, (*a, um*) obligend / beFliessen / geFliessen.

(2) *literarum*: 612. ein Student.

-iôse, mit embsigem Fleiß.

rarum dium (2) *requirit singulare* studium (1). Studiosus (2) *ergò sit* studiosus (1) *agatq́ omnia* studiosè.

Stult-us (*a, um*) *insipiens*: 957. 981. Thöricht / Narrisch.

[*à G.* ἀτάσθαλος. *improbus. stultus,*]

(2) *Nominaliter*: Thor / Narr.

-è, 638. Thörisch / Narrisch.

-ĭtia, 602. Thorheit / Narrheit / Narretey.

-ĭlŏquium (& -ĭlŏquentia) Narrentheidung / Narren Possen.

Stultus (2) *res* stultas (1) stultè *agit*, stultitiamq́; stultiloquio *prodit*.

Stūp-a, *lini carminati reliquiæ*: 419. Kauder / Werg (oder Werck) Heyde. [σύπη]

-ārius malleus; 385. Kauder blewel / Flachs blewel.

-eus, *ex stupa factus*: 32. 387. Wercken / Werck-Heydin.

*Vt Stupa ser*v*at* stupeis *rebus torquendis, contunditur* stuparijs *malleis*.

Stūp-ēre, *sensuum viribus carere*: 307. erStarret seyn / nichts Fühlen.

[*à G.* σύπος. *stipes*: *q. d. instar* stipitis *nihil sentire,*]

-escĕre, *stupidum fieri*: 284. erStarren / erStummen / entSchlaffen.

Quidam stupor *naturalis est*; *alios pavor* stupefacit; obstupescimus *item res nimium*

-ĕfăcĕre (& obStupefacere) *stupidum facere*: 98. Starrend machen/ erSchrecken.

-endus (*a, um*) 408. erSchrecklich.

-ĭdus (& obStupidus) 278. 682. erStarret/ erStummet/ entSchlaffen/ Tölpisch.

-or (& -ĭdĭtas) *sensuum sopor*: 307/ 310/ 929. erStarrung/ erStummung.

obStŭpēre (& -escĕre) *ob inopinatum metum stupore corripi*: (für furcht) erStarren/ sich entSetzen.

mirae: stupida, *membra sunt, quæ nihil sentiunt, ad omnia stupent.*

Stupr-um (*i, n.*) *violenta libido*: 626. WeibsSchändung/ Gewaltschande. [*q.* stupor turpis.]

-āre (& conStuprare) mit Gewalt schänden.

-ator, Gewalt Schänder.

Stupra, *sunt Sodomitica abominatio*: *ideò Deus* stupratores *lapidari jussit*, *Deut.* 21.

Sturio v. Acipenser,

Sturnus (*i, m.*) *avis catervatim volans*: 145. Stärr/ Starn. [*à* στερὸς, *densus*.]

Stylus (*vel* Stilus) *instrumentū, quô in tabulis ceratis scribebatur*: 487. Schreibe-Griffel. [στύλος, *columna, pertica*.]

(2) *scriptio ipsa*: Schreibung.

(3) *structura sermonis*: 690. SchreibensArt.

Stilus ligatus, 695. gebundene rede.

Stypticus v. Stipticus in Stipâre. *Suadere* v. Svadere. *Suamet* & *Suapte* v. Sui. *Suavis* v. Svavis,

ub, *est nota situs inferioris*: 8. 15.
Unter. [ὑπὸ, ὑπ]
(2) *idem quod ante*: 862. vor/ Gegen.
Subter, *idem*. 136.
Subtus, *idem*. (2) *adverbialiter*, 328. 820. drunter / von unten.

ubactus v. Agere. *Subcineritius* v. Cinis. *Subcisivus* v. Secare. *Subdialis* v. Dius in Dis, *Subditus* v. Dare.

Sŭb-er (*eris, n.*) *arbor spongioso cortice, qui calceorum soleis insuitur*: 115. ein Gorckbaum/ Pantoffelholtz. [*à* Sucre.]
-ereus, *ex subere constans*: 358. 383. Gorcken-Gorck-

Subidus v. Sus. *Subinde* v. Unde. *Subire* & *Subitus* v. Ire. *Subjectus* & *Subjicere* v. Jacere. *Subjugare* v. Jugum. *Sublatus* v. Tollere.

Sublic-a, *palus ligneus sub ponte in aqua defixus*: 461. Brückenpfal. [*ex* sub *&* Lignum.]
-ius pons, *ligneus*: 445. Höltzerne Brücke (die auf höltzern Pfalen stehet.)

Subligaculum & *Subligar* v. Ligare.

Sublim-is, *in altum elevatus*: 690. Empor gehaben/ Hoch schwebend. [*q.* supra limum: *Assonat G.* ὑψηλὸς, *id.*]
-è (*&* -iter) Hoch/ Höchlich.
-ĭtas, 954. 971. Hocherhabenheit/ Höhe.
-āre, *in sublime tollere*: 35. erHeben / in die Höhe treiben.
(2) *Tr. destillare*: 816. Sublimiren.
-atum vinum: 379. Distillirter Wein/ Brandwein.

Sublimem *locum, quaeso, ne affecta: multis exitio fuit* sublimitas. *Quos fortuna* sublimavit, (1) *paucis dat ut* sublimè *volare sciant. &c.*

Subolere, v. Olere.

Subscus

Subſcus (*údis*) *vinculum ligneum, quô tabulæ forium, & ſimilia, conjunguntur* : 421. eine Leiſte. [*à* ſubcudendo.]

Subſcúdes *ferreæ* : Klammer.

Subſeciſivus V. Secare. *Subſellium* V. Sedere. *Subſilire* V. Salire. *Subſolanus* V. Sol. *Subſultare* V. Salire. *Subtegmen* V. Texere. *Subter* & *Subtus* V. Sub.

Subtīl-is, *partes habens tenues* : 260, 478. Subtil. [*de filo principaliter. Eſt enim, filum ſubtile, quod* ſub tela *non apparet. ex G,* λεπτὸς · *tenuis*:]

-ius, 512. Subtiler.

-ĭter, Subtil.

-ĭtas, 706. Subtilheit.

inSubtīlis, unSubtil.

Res ſubtiles ſubtiliter *volunt tractari* : inſubtile *ingenium* ſubtilitatem *non capit.*

Sŭbūcŭla, (*æ, f.*) *tunica aliis ſubjacens* : 392. unter Hembd / unter Kleid / wullen Hembd / Camiſol [*q.* ſubducula *à* *Duere.*]

Subula V. Suere. *Subulcus* V. Sus. *Succendere* V. Candere. *Succerda* V. Sus. *Succidia* V. Cædere.

Succĭn-um, 61. Bernſtein / Agſtein (oder Agtſtein) [*quia* Succus *arboris cujusdam putatur*]

-us (& -eus) von Bernſtein.

Succiſivus v. Secare. *Succula* v. Sus.

Succ-us, *humor in corpore* : 62. 79. Safft. [*ab H.* Schikkn, *potus, irrigatio.*]

-us mineralis: 59. BergSafft/ErtzSafft.

-ōſus (& -ĭdus, & -ŭlentus) 224. 127. Safftig/ voll Safft.

exSuccus, *quod ſine ſucco eſt* : unSafftig.

inSuccāre (*lanam oleo*) einSafften / Safftig machen.

Succoſæ *arbores abundant* ſucco : *lignum aridum*, exſuccum, inſuccatur *quandoq; oleo, ut diu duret.*

Sūd-āre, *humorem per poros æstuare*: 204. Schwitzen. [*utrumq́ʒ ex* ἰδίω, *ſudo.*]

-or, *ſudantis humor*: 244. 467. Schweiß [ἰδρῶς]

-ārium, *linteum quô ſudor extergitur*: SchweißTuch/ BadTuch.

-ābundus, *multum ſudans*: Sehr Schwitzend/ Schweiſſigs.

-ātōrius, Schwitzig.

-atorium, 467. Schwitzbanck / Schweiß Banck.

-ōrifer, *ſudorē afferens*: 810. Schweiß (oder Schwitzen) machend.

conSūdā-re (& -ſcĕre) *idem quod* Sudare.

deSudare, Sehr Schwitzen/ erSchwitzen.

(2) *Tr. valdè eniti*: 706. sich beArbeitē.

exSudare, *ſudorem emittere*: 118. 190. außSchwitzen.

Sudare, *ſalubre eſt*: *at non nimis* deſudare (1) *aut ſangvinem* exſudare. *Qui* conſudare, *quando vult, nequit, promoveat* ſudorem *balneo* ſudatorio, *aut medicinis* ſudoriferis; & *abſtergat de corpore* ſudabundo, ſudarijs. *Tibi ſaluberrimum* ſudatorium *erit, in ſtudijs* deſudare (2).

Sūde-s (*is, f.*) *lignamentum præacutum, ſepibus pro fundamento pangi ſolitum*: 322. Zaun Pfal/ ZaunStecken. [*ab H.* Sug, *ſepire, q.* ſugides.]

(2) *in ſp.* Paliſſaden.

-ētum *idem*, 907.

Sudum v. Vdus. *Suere* v. Sveſcere, in Sui.

Su-ĕre, *acu & filo res conjungere*: 388. Nehen. [*ab antiquo G.* σύω; *idem: unde remanſit* κασσύω, *conſuo.*]

Sū-tus (& -tilis) 468. geNehet/ geNath.

-tor (*oris, m.*) 193. Neher.

Suere, ſutoris (1) *opus eſt*; *utile omnibus, propter veſtes, quas eſſe ſutas* (ſutiles)

(2) *In*

(2) *In sp. qui calceos suit*: Schuster / Schuchmacher.

-tōrius (*a, um*) Schusterisch / Schuster-

-trīna, *sutoris officina*: Schuster werckstadt / Schusters laden (oder Schuchlade.

-trinum, *ars & societas sutorum*:) Schusterey.

-tūra, *sutarum rerum conjunctio*: 391. 821. die Nehung.

(2) *conjunctionis illius evidentia*: die Naat / Nath.

-tēla, *idem*.

Sŭbŭla, *acus sutoria*: 393. SchuchAal. [*assonat G.* ὀβελὸς, *idem.*]

asSu-ĕre, *suendo annectere*: 418. anNehen

circum- 391. (*&* ob- 391.) Suere, umbher beNehen / umbNehen / Steppen.

conSu-ere, 216. 391. 493. zusammen Nehen.

conSū-tūra, zusammen Nehung.

inconSūtĭlis (*s. a. v.*) ungeNehet.

disSuere, *sutum dissolvere*: 394. die Nath auffBrennen / Trennen / zerTrennen / auffTrennen.

inSuere, einNehen / darauff Nehen.

præ Suere, 391. vorNehen.

reSuere, *sutum resolvere*: 394. wieder auffTrennen.

(2) *rursum suere*: wieder Nehen / wieder zusammen Nehen.

subSuere, unten anNehen.

transSuere, (mit einer Aal oder Nadel) durch Stechen.

necesse est (inconsutil[...] *quas vidit*[...] Sutor (2) [...] sutrina (suto[...] ria *officina* [...] consuit *calc*[...] *os*: *Arre*[...] *ptâ n*, subu[...] lâ, transsuit [...] *cōplicatum* [...] *corium*, ass[...] itq; *alterum* [...] *alteri*, *fir*[...] *missimâ* cō[...] suturâ. *In*[...] *terdum* (*&* [...] *aliud quis* [...] *ornament*[...] *causâ*, insu[...] vel præsuit [...] *aut* subsuit [...] *&* circumsu[...] it: *atq;* [...] sutura (1) *di*[...] *plicet*, dis[...] suit (resuit [...] (1), *rursum* [...] resuit (2) [...] *potest ita* [...] *ne* sutura (2[...] *appareat*, [...] *Hic habe*[...] *totum* sutri[...] num.

Sufficere V. Facere.

Suffic-ĕre, *satis esse*: 491. Gnugſam ſeyn/ Reichen/ Klecken. [*ab H.* Saphak *sufficere*: Sephek, *sufficientia*]
-iens, Gnugſam/ Gnüglich.
-ientia (*s. a. v.*) Gnugſamkeit / Gnüg-ligkeit. (gnüge.
-ienter, Gnugſamlich / Gnüglich / zur
Omnisufficiens, 939: Alles vermögend.

Sufficiat *ti-bi, si* sufficiens *rerum* sufficientia sufficienter *adsit*: *etiamsi superfluitas absit.*

Suffire & *Suffitus* v. Fire.

Sufflām-en, *retinaculum curr̄us in præcipiti loco*: 442. ein Rad-Sperre. (Riegel.
(2) *sive sit Vectis per Rotas trajiciendus*; Hemme
(3) *sive Catena Rotæ innectenda*: Hemme Kette. (Schuch.
(4) *sive alveolus Rotæ substernendus*: Hemme [*Dictum videtur q.* subvallamen, *submunimen, impedimentum.*]
-ĭnāre, 441. Sperren/ Hemmen.

Suffŏcāre v. Focus. *Suffocāre* v. Faux, *Suffrāgari* v. Fragari.
Suffrāgo (inis) v. Frangere.

Sū-gĕre, *succum elicere & imbibere*: 168. Saugen. [*q.* succum agere.]
-ctus (*ūs*) das Saugen.
exSūgĕre, 160. 139. außSaugen.
Sūmen [*q. Sugmen*] *venter suillus cum ipsis uberibus*: 168. Schweins Euter.

Porcelli sugunt *fœtali* suctu *lac materium* è sumine, *donec* exsugāt.

Suggestus V. Gerere.

Suggill-āre (& Sūgillāre) *corpus, & imprimis faciem, ad livorem usq; contundere*: Blaw und Braun Schla-

Suggillari (1) *in facie*, *non tam de let* sugillato (1)

Schlagen. [*ab H.* Schogal. *Pugnus. Vnde & Germ.* Schlagen.]

(2) *Famam alterius vellicare*: übel nachReden/ verleumbden.

-ātus, *ita percussus*: blaw und braun geschlagen/ (2) verleumbdet.

-atio, *percussio*: 265. Blawe schläge. (2) verleumbdung.

(1), atq; sugillatio (2) *famæ, illi quem calumniatores malignè sugillant* (2).

Suggrund-a (*æ, f. & -ia, iorum*) *pars tecti deorsum prominentior, stillicidium à pariete arcens*: 407, vordach.

Sugillare v. Suggillare.

Sui, *pronomen reciprocum*: Sein selbst. [*à G.* ἕ]

Su-us (*a, um*) *sui proprius, & non alienus*: Sein/ Sein eigen.

-âmet (& -âpte) *sc. sponte, seu voluntate*: von sich selbsten.

Svē-scĕre (*antiqv.* Suére) *in morem suũ transferre*: 145. Wehnen/ Gewohnẽ.

-tus (*a, um*) *qui svevit*: Gewohnet.

asSvē-scĕre (& -fiĕri) *ad aliquid faciendũ svescere*: 747. sich anGewohnen

-făcĕre, 754. Gewehnen.

-tus (& -factus) *ad agendum svetus*: anGewehnet.

-tūdo, *assvescentis habit⁹*: Gewohnheit

con, 754. (& **in**, 943.) Sve-scere, *idem quod* Assvescere.

-facere, *idem quod* Assvefacere.

conSvēt-us: Gewehnet/ Gewöhnlich.

-udo,

Sui *amans*, sua *curat*. *Quod cùm quisq; faciat* suapte svescatq; *natura induction* novâ adsvetudine *opus non est*; desvetudine *potiùs, nè nimiùm nobismet ipsis favere* assvescamus. *Nam ó quanta est* consvetudinis *vis!* Insvetum (inassvetum, inconsvetum) *ad quidvis* cõsvefacere *potes*:

-ŭdo, *idem quod* Aſſvetudo, 606, 713.

in- (& inas- & incon-) Svētus- *non-dum aliquid conſuetus* : unGewohnt/ unGewöhnlich.

inSvete 316. unGewöhnlich.

deSvē-ſcĕre, *conſvetudinem dediſcere* : entWehnen / abgewohnen.

-facere, *conſvetudinem dedocere* : entwohnen / abGewehnen.

-fieri, entwehnet werden.

-tūdo, entWohnung / ablegung der Gewohnheit/ verlernung.

tes : aſſvetum pravis rebus deſvefacere, *impoſsibile propemodum.* Deſveſce *igitur mature ; aut potius nunquam* inſvesce, *obſecro!*

Sulc-us, *veſtigium aratri tracti* : 332. ein PflugStrich. [*ex G.* ἄλλοξ, vel ἄυλαξ, *ſulcus* : vel ὁλκὸς, *tractus.*]

-āre, *ſulcum ducere* : Pflügen / Pflug Striche machen/ Stürtzen/ Zackern.

-ātim, 322. dem Pflugſtrich nach / Strichweiſe.

biSulcus (*pes*) *ungulas habens biſidas* : 160. zwey ſpaltig

triSulc-um (*telum*) *tres habens acies q. ſulcos* : dreyſpaltig.

Ad faciendum ſulcos & ſulcandū *agros, utimur* biſulcis *tauris, qui* ſulcatim *ire jubentur.* Triſulcum *telū fulminanti Jovi tribuunt.*

Sulfu-r (& Sulphur, *uris, n.*) *terra foſſilis avidiſſimè flammam concipiens* : 61, 312. Schweffel. [*quia* συλᾷ πῦρ, *rapit ignem.*]

Sulfŭ-reus, *ex ſulfure conſtans* : Schweffelicht/ Schweffel.

-rātus (& -rārius) *quod ſulfur habet* : 367. geSchweffelt.

Sulfur *exhalat* ſulfureū *fœtorem ; cùm in* ſulfuraria *e* ſulfurata *minera, à* ſulfurario *coquitur. Sed* ſulfurata *nobis*

-Sulfurata (orum, scil. fila) Schweffel hölzlein/ Schweffel licht. | bis utilissima sunt.

-raria (a) Schweffel hütte.

-rarius, Schweffel Sieder.

Sum V. Esse. Sumen V, Sugere.

Sum-ere, accipere: 428. 591. Nehmen. [a Se & emo i e. seorsum accipio: Vel a G. ἀισιμόω, impendo, sumtus facio,]

(2) zu sich Nehmen/ Zehren,

-tus (a, um) 861. geNommen.

-tus (ûs) quod sumitur ad impensas: 853. 886. Kost/unKost/Zehrgelt.

-tuarius (ordo) ad sumtum pertinens: 790. Unkost-(ordnung)

-tuosus, magnos sumtus requirens: Kostbar.

(2) vel faciens: Zehrhafftig.

-tuose, mit grossen unkosten.

abSumere, 30. 623. weg Nehmen / (2) verZeheren/ verThun.

asSum-ere, 298. 425. 564. 587. anNehmen / aufNehmen.

-tio, anNehmung/ aufNehmung.

reAssumere, 271. wieder vor sich Nehmen.

conSumere, in nihilum redigere: 199. alles zugleich weg Bringen / durchBringen/ verZehren/ zuBringen.

deSumere, davon Nehmen/ (etwa her) Nehmē.

inSumere, in aliquid sumere, impendere: anWenden/ anlegen.

Sumimus (2) alimoniam, ut consumamus. Sumimus (1) pecuniam, ut insumamus in necessarios sumtus prout leges sumtuariæ permittunt, Ultra quàs si quis de se præsumens, sumtuosas (1) res assumat, dicitur sumtuosus (2) & absumens (1) bona sua temere. Tandem non habens unde desumat, Vel transsumat, mærore consumitur: nisi missa præsumtione, aliam men-

præSu-

præSum-ere, 990. vorher Nehmen / vorschmack haben.

(2) *Tr. imaginando præ se ferre*: Ihme vorBilden / Muthmassen / Sich anMassen.

-ta opinio; voreingebildet Meinung.

-tio, 645. vorgefaste einBildung / Muthmassung / vorgriff / überMuth.

reSumere, 639. wieder Nehmen / wieder vor die hand Nehmen.

subSumere, 587. unter Nehmen.

trans Sumere, anders woher Nehmen (oder entlehnen.)

tem resumas mature.

Summa & *Summus* v. Super. *Sumptus* v. Sumtus in Sumere: *Supellex* v. Lectus.

Sūp-er, *nota eminentiis sitûs*: 125. 139. Uber. [ὑπὲρ]

-ĕrus, *suprà existens*: der oben ist / der Obere.

-ĕri (*orum*) 930. die Himmel Geister.

-ĕrior, 542. 125. 163. der öbere / Höhere.

-ernus, *superne existens*: Oberwertig.

-ernè, 217. 558. Obwerts / Obenwerts / Obenher.

-ĕriùs, *adv.* dar Oben / Droben.

Supr-a, *idem quod* Super, 16 / 178.

(2) *Adverbialiter*, Supra, Oben.

-ēmus 202. (*contractè* Summus 23. 490. 942.) der Oberste / der Höchste.

(2) *extremus*: der Eusserste / (oder Letzte)

-ēmò, zu Oberst. (2) zu Letzt.

Super *nos est* superum *Cælum*, & superi, supernas *sedes inhabitantes*; *hisq;* superior, *ille omnium* supremus (1) *Deus*. *An autem quæ* supra (1) *nos*, *nihil ad nos*? *Imò quæ* suprà 2) *sunt*, *illa* summè (*spectant*) *ad nos*. *Ostens*

Summ-ò, (& -ùm) auffs Eusserste.
-operè ; 706. Höchlich zum höchsten.
-è, 671. auffs Höchste.
-ās (atis; & plur. Summāres, 971.) primates: der Oberste/die Obersten.
-a, numerus summus, partes omnes in se continens : 607. 794. 956. das Höchste/ die Summa.
-ātim, à summo : 325. 956. Oben her.
(2) in summa, compendiosè : in der Summ/ Kürtzlich/ Summarischer weise.
-ārius, Summarisch.
-arium, summarum consignatio, breviarium : 941. Summarischer begriess.
-ĭtas, (s. a. v.) 106. 250. die Höhe (eines dings) Hoheit/ erHabenheit.
Sŭpĕr-āre, supra aliquid evadere : 502. überWältigen / überLegen seyn / überKommen / überMeistern/ überSteigen / überStehen.
(2) superesse : übrig Seyn/überBleiben.
-āmentum, 305. was überBleibt/Uberley.
(ābilis (& exSuperabilis) überWältiglich/ überWündlich.
inSuperabilis (bello) unüberWältiglich/ unüberWindlich.
(2) mons : unüberGänglich / unüberSteiglich.
conSum-māre, ad summam deducere : 199. zum höchsten Bringen/verBringen/ vollBringen. -mario

det id supremus (2) dies, post consummationem seculi; cùm superaverimus (1) mundum, nec superabit (2) aliud, quam summum (1) illud, quod servatur piis, ubi consummata erunt omnia, ut superius dictum. O si summates mundi meminissent potestatem suam, quâ exsuperant cæteros, exsuperantiæq; suæ summitatem venire supernè (desuper) ! ne sibi videantur insuperabiles. Supremò (2) n. patebit, superabilia esse omnia, cùm nulla erunt superamenta, præter summari-

-matio, 674. vollBringung/ vollKommenheit.
-matus, vollgeBracht/ vollKommen.
dĕSŭper, *à superiori loco*: 420. von Oben herab/ Herunterwerts.
inSuper 223. (& deinSuper, 772. *Salust.*) über das/ noch über dieß.
exSuper-are, *multum superare*: überTreffen/ überhand Nehmen.
-atio (& -antia) überTreffung/ überTreffligkeit.

am bene aut malè actorum memoriam. Vt una summâ summatim (2) dicam: Æternitatē exspectemus; ibi demum consummabimur.

Sŭperb-us, *animo elatus*: 664. überMüthig/ Stoltz. [*q. ex ὑπερβαίνων, superscandens,*]
-ia, *supergradiens mentis elatio*: 574. überMuth/ Stoltzheit.
-ē, überMüthiglich/ Stoltz.
-īre, 137. 630. überMüthig seyn/ Stoltziere.

O Superbe, *cur* superbè *agis & superbis? Deus odit superbiam.*

Supercilium V. Cilium. *Superficies* V. Facies. *Superlatio* V. Ferre. *Superstes* & *Superstitio* V. Stare.

Sŭpīn-us, *in dorso (ventre cælum versus) jacens*: 306. über sich geWendet/ Rücklich.
(2) *â labore aversus, negligens*: von arbeit abgeWendet/ hinter sich Fleissig/ Liederlich. [*ὕπτιος, idem.*]
-ē, *inversè*: Rücklings.
(2) *aversè negligenter*: unFleissig/ liederlich.
-ĭtas (*s. a. v.*) unFleiß/ nachLessigkeit.
-āre (& rĕSŭpīnāre) *supinum collocare*: Rücklings legen.

Supinamus, (resupinamus) *quem* supinum (resupinum) *esse volumus, ut* supinè *jaceat. At* supinitas, *seu animus* supinus (2) *sua* supinè (2) *agens, dedecet studiosum.*

reSupin-us (& -ātus) 146. Rücklings ligend (oder gelegen.)

Suppăr-us (*i, m. &* -um) *levis & angusta toga, quâ superinduimur*: Schürtz/ über Rock. [*ab* ὑπὲρ, *super, &* φᾶρος, *pallium.*]

Suppedaneum & *Suppeditare* V. Pes. *Suppetere* V. Petere. *Supplementum* V. Plenus. *Supplex* V. Plica. *Suppurare* V. Pus. *Supra* & *Supremus* V. Super.

Sūra (*æ, f.*) *cruris pars posterior carnosa*: 214 192. die Waden am Schenckel. [*ab H.* Sarah, *aversio*]

Surcŭl-us, *ramusculus novellus, qui resecatur ex arbore, & inseritur alij plantæ ad producendum novam arborem*: 119. Reiß/ Pfropffreißlein / Peltzreißlein / Schößling. [*q. Surgulus. Verius tamen à* Sorek, *idem.*]

-ōsus, *surculis abundans*: voll Pforpffreißlein/ voll Schößlinge/Schoßreich.

-āceus, *surculo duritie similis*: einem Pfropffreißlein gleich.

-āris (& -aria *terra*) *surculos ferens*. Pflantzen dienend.

-are, *surculos ramis adimere*: Schößlinge be Hawen.

Surculos *adimimus* surculosæ *arbori, & transferimus in* surcularem *terram: cùmq; ramulos emittunt*, surculamus, *ut altius crescant. Caules quarundam herbarum* surculacei *sunt.*

Surd-us, *aurium sensu privatus*: 142. 307. Tauber.

-ĭtas, *surdi vitium*: Taubheit.

-aster, *auris hebetioris*: 307. ein wenig Taub/ übel Hörend.

abSurd-us, *rationi contrarius*: 298. 307. unGereimbt. [*q. d.*

Surdus, *quia ob* surditatē *non* percipit *sermones, loquitur interdum* absurda, *& de rebus judicat* absurdè

[q. d. surdis auribus excipiendum, auditu indignum.]

-è, ratione absurdâ: unGereimbt.

exSurdāre, surdum reddere: Taub machē.

obSurdescĕre, totum surdum fieri: Taub werden/ unHörend werden.

Surdaster caveat illa quæ exsurdant, ne obsurdescat in totum.

Surgĕre, sursum se erigere: 309. 863. sich auffRichten/ auffStehen/ auff Kommen/ auffGehen.

Surrectus (a, um) 371. auffGerichtet.

asSurgere (alicui) einem zu ehren auffStehen.

conSurgere, miteinander auffStehen/ zugleich auffStehen.

exSurgere, a loco surgere: auffStehen/ gerad auffStehen/ entStehen.

inSurgere, wieder einen auffStehen/sich auffLehnen/ sich erHeben.

reSur-gere, 952. 959. wieder auffStehen/ aufferStehen.

-rectio, 955. aufferStehung.

Surgimus e cubili; assurgimus illi quem honoramus; (aut consurgimus omnes simul;) exsurgimus, cum nos altius erigimus: insurgimus in aliquem; resurgemus à mortuis, faxit Deus ut beata resurrectione !

Suriani, 964. die Surianer.
[Christen in Syrien Land.]

Sursum, supra versum: 15. 50. Empor/ über sich/ überwerts. [q. Suprorsum.]

N. In Compositis fit Sus: ut susPendo, susTollo &c.

Sūrus, antiquis Palus: Pfal. [à σαῦρος, pro σταυρὸς idem.]

Sus, præpositio verbalis, v. Sursum.

Su-s, (*ŭs, m. f.*) *jumentum grunniens & non ruminans*: 315. 344. Saw. [ὗς, ὑὸς· & σῦς, συὸς· ὁ & ἡ.]

Sŭ-cŭla (& Succula) Schwänlein.

(2) *Trop. instrumentum tractorium, tereti ligno constans, duobus vectibus trajecto, circa quod ductarius funis obvolvitur*: 459. eine Rollen/ ein zug Wällen/ eine Winde.

-inus (& *usitatius* Suillus) *quod est suis*: 352. 973. Schwein.

Suilla (*caro*) 363. Schweinin (fleisch)

-īle, *suum stabulum*: 340. Schwein Stall/ Sawstall.

-bulcus, *suum custos*: 344. Saw- (oder Schwein-) Hirt.

[*à Dat. Plur.* Subus: *ut Bubus, Bubulcus.*]

-bĭdus (& inSubidus) *sui similis, turpis*: Saw grob/ Sawisch.

-cerda (& Succerda) *stercus suis*: Saw dreck.

-ārius *negotiator*: Schwein händler.

-arium *forum*: 778. Schwein marck.

Sus, *spurcum animal, ob suinam (suillā) carnem alitur, in suili: aut à subulco (quipplerumq; est moribus* subidis *seu* insubidis) *pascitur in campis; à* Suario *verò negotiatore venditur in foro* suario.

Suscipere v. Capere. *Suspicere* v. Specere. *Sustinere* v, Tenere.

Sŭsurr-us, *submissum murmur*: ein leises geMürmel (oder geräusche) geSumms.

[*à sono: Assonat tamen G.* ψιθυρὸς, *id.*]

-āre, *susurrum emittere*: Leise Mürmeln (oder Rauschen)

Ventus perflans arbores dat susurrum: susurrat (1) *etiam, qui leniter quid in aurem* insu-

(2) Tr.

(2) *Tr.* 253. Raunen (ins ohr blasen) Afterreden.

-atio, Wispelung/ (2) AfterRedung.

-o (*ónis*) *qui occultis suggestionibus alicujus famam traducit*: ohrenbläser/ Afterredner.

inSusurráre, *in aurem susurrare*: 914. einRaunen.

Sutela. Sutilis & *Sutor*, v. Suere. *Sum* v. Se & Sui.

Svād-ére, *suave dare consilium*: 646. 685. freundlich (oder lieblich) Rathen/ beReden. [*à* Svavis: *Vel ab* ἥδω *laudo*; *fit enim laudando aliquid.*]

-a, (*&* ela) *vis persvadendi*: beRedungs krafft.

Svās-io (*&* -us, *ûs*) 691. das Rathgebē.

-or, *qui svadet*: Rathgeber/ beReder.

-ōrius, *ad svadendum pertinens*: zu Rathen (oder zu beReden) dienlich.

conSvādére, *idem quod* Svadere.

disSva-dere, *svadendo à facto retrahere*: 646. wieder Rathen.

-sor, wieder Rahter.

-sio, 691. das wieder Rathen.

-sorius, zu wiederRathen dienlich.

perSvā-dēre, *svadendo perficere*: 685. überReden.

-sio (*&* -sus, *ûs*) 279. überRedung.

-sor, überReder.

-sōrius, zu überReden dienlich. (Redr.

-sibilis, *persvasu facilis*: leicht zu über-

insusurrat *alteri*. Susurronem *a. e. dimus, qui maligna* susurratione (2) *alios traducit*.

Svademus res *bonas*, *ut* persvadeamus; dissvademus *malas, ut avertamus*. *Sed oportet* svasorem *pollere* svadâ, *& uti blandâ* svasione, *Verbisq;* svasorijs; *imò*, persvasorijs, *si Vult esse* persvasor; dissvasor *autem* dissvasorijs *argumentis utitur. Abusus est*, *qvum quis* malesvadus *illicita* consvadet, svasuq; *suo* persvasi-bi.

MaleSvādus, *malè mala ſvadens*: zu böſem Rathend. | bilem *impetlit*.

Svāv-is, *jucundè guſtum (aut olfactum) afficiens*: 144. 371. lieblich (am geSchmack.) [*è Syr.* Sevi, *expetitus*: *Vel ex G.* ἡδὺς, *ſvavis*.]
.)(. inSvavis, unLieblich.
-è (& ĭter) 680. Lieblich. (Ecit.
-ĭtas (& -ĭtūdo) 685. 991. 614. Liebligk
-ium, *oſculū voluptuoſum*: LiebeKuß.
-iāri, 746. LiebKoſen/ Küſſen.
-atio, das LiebKoſen/ Küſſen.
disSvaviari, zerHertzen und ZerKüſſen.
[*N. Sunt qui ſcribant* Savium, & Saviari: *ſed rectè a* Svavis.]

Svavia ſvaviter *nos afficiunt*: inſvavibus *nulla* ſvavitas *ineſt*. *Qui dat* ſvavia, *ille* ſvaviatur, *& aliquando tātùm non* diſſvaviatur. *Sed* Svaviatio *ſit honeſta*.

Svec-ia, Schweden.
-us, 560. Schwed.

Svēſcere & *Svetus* V. Sui.

Sybilla V. Sibylla.

Sycŏphant-a (*æ, m.*) *falſus delator*: falſcher anKläger. [συκοφάντης]
-ia, *delatio*: 830. falſche anKlagung / Lügnerey.
-āri (& -iſſāre) *ſycophantias ſtruere*: Lügenhafftig anKlagen/fälſchlich beLiegen.
-iōſè, Lügenhafftiglich/ verLogner weiſe.

Sycophantam, ſycophantiæ *aſſvetum*, ſycophantari *non pudet*; *occultè licet*, ſycophantioſè *tamen agit*.

Sydo-n, die StadtSydon.
-nius, Sydonier.

Sydus V. Sidus.

Syllăb-a, *literarum collectio*: 679. ein Sylbe. [συλλαβὴ]

Dum ſyllabarius *puer* ſyllabas *col*-

-ātim, *per syllabas*: den Sylben nach / von Sylben zu Sylben.
-ārius, Sylben Schüller.
-izāre, Sylben lesen / Syllabiren.

ligere, & voces syllabatim proferre, discit, syllabizat.

Syllŏgismus, [συλλογισμὸς] 587. Schlußrede.
Prosyllogismus, 589. der Schlußrede Beweiß.

Sylv-a, *arboretum agreste*: 120. 780. Wald. [ὕλη, *idem*.]
-ŭla, ein Wäldlein / Busch.
-a cædua, 120. haw Wald.
-ōsus, voll Wald / Waldächtig.
-ānus, 518. (-ātĭcus, 131. -ester & -estris, 138.) Waldig / Wald. Wild.
-escĕre, zu Wald werden / Wild werden / verWilden.
-ĭcŏlæ (*arum*) Wald Leute /

Sylva *habet* sylvestres *arbores*, sylvaticosq; *mures*, & sylvana *monstra*, Sylvicolas *in* sylvosis *regionib9 reperies: arboresque* sylvescunt, *in neglectis hortis*.

Symbŏl-a (*æ, f.*) *collecta pecuniæ pars, quam quis contulit*: 851. zechPfenning / Irthen. [συμβολὴ]
(2) *tessera militaris*: Lösung / Löse wort.
-um (& -us) *signum symbola procuratoris*: Kenn Zeichen / Wahr Zeichen.
-um Apostolicum; 956. Apostolischen Glaubens KennZeichē / Glaubens bekändenüß.
aSymbŏlus, *qui symbolum non dedit*: Zechfrey.

Qui suam symbolam (1) *dedit, accipit* symbolū, *& admittitur ad cœnam*; asymbolos *exesse oportet*. Symbolæ (2) *usus est in militia*; Symboli Apostolici, *in Ecclesia*.

Symphōnia, [συμφωνία. *consonantia*] 700. Zusammen Stimmung.

Symptōma [σύμπτωμα. *Accidens*] 311. zuFall.

Synāgōga, 947. Synagog/Judische Schul.

Syncerus V. Sincerus. *Syncipur* V, Sinciput in Caput.

Syncrisis [σύγκρισις] *comparatio*: 592. zusammen Vergleichung.

Syndicus, [σύνδικος, *simul judex, causæ patronus.*] 785. Gerichts Rath.

Synecdoche, 682. Stückrede.

Syngrapha V. Graphice,

Synōdus, [σύνοδος] 971. Geistliche versamlūg.
-provincialis, 971. Kreiß versamlung.
-nationalis, 971. Land versamlung.

Synonymum [συνώνυμον,] 683. 685. Gleichgeltendes wort.

Synopsis, [σύνοψις] 997. Begrieff.

Synthēsis, [σύνθεσις] 592. *compositio*: zusammen legung.

Syrtis, (*is, f.*) *locus arenosus in mari*: 453. Sandichter ort/ Sandbanck / Strand. [σύρτις]
Syrtis nivalis; Schnee web (von wind zusammen gewebter Schnee).

Syrūpus, *succus florum saccharo vel melle incoctus*: 818. Syrup. [*q.* σύριος ὀπὸς, *i.e. Syriæ succus.*]

Systēma, (*atis, n.*) *opus ex certis partibus compactum*: 679. zusammen gefügtes werck / der gantze begrieff. [σύστημα]

T.

Tăb-a, *lignum latum, in usum aliquem* [Ch. Dapa.]

Ab hoc inusitato venit q. diminutũ

-ŭla 322. 941. (& -ella 413. 729.) Bret/ Taffel.

Et quia olim ligneis tabulis res inscribebant, dicuntur

-ŭlæ publicæ, 877. LandTaffeln / Gerichts Bücher.

-ula accepti (*vel* expensi) Einnahm (oder Außgab) Register.

-ella scriptoris, 72. SchreibTaffeln.

-ula Geographica, LandTaffel / Land Chart.

-ŭlārius, *tabularum scriptor* : 874. Schreiber/ Cancellist.

-ellārius (& -ellio, *onis*) *tabellarum portator* : 426. Schreiben-(Brieff) Träger / Botte mit Brieffen.

-ŭlāris (*ut* -ulare aurum,) Blat Gold/ oder Blätgens Gold/ (*q.* geTäffelt Gold.)

-ulare (& *usitatiùs* conTabulare) *tabulis consternere* : Täffeln/ mit Bretern belegen oder verSchlagen/ verTäffeln.

-ulatio

E Tabulis contabulantur tabulata, *variaq;* contabulationes. *Sed* tabulis publicis *inscribit* tabularius *acta publica, asservatq; illas in* tabulario (*seu* tablino.) Tabellarius *autem* (tabellio) *defert* tabellas, *h.e. epistolas.*

Tabulas accepti *&* expensi *quære apud Quæstorem*; Tabulas geographicas; *&* tabellas scriptorias, *in*

-ulario (& -ulatum) 406. 421. Täffelwerck / geTäffelte Bühne (oder Wand/ oder Estrich) ein Stockwerck.

conTabulatio, *id.* verTäffelung.

-ulatum, *laquear*: 403. geTäffelt.

-ularium (& -līnum) *locus ubi tabula (i. e. libri) asservantur*: Schreib Stube/ Cantzelley Cantoor.

Tăbern-ā, *ædificium ex tabulis*: Baude (oder Buden) Hütte.

(2) *nominatim ubi res variæ venduntur*: Krahm.

Taberna institoria: Krambude / Kram Laden.

-libraria, Buchladen.

-vinaria, Weinkeller/Weinhauß

(3) *caupona*: Schenckhauß/ Kretschm / ein Krug.

-ārius, 796. ein Kramer, (2) ein Schenck / Kretschmar/ Krüger.

-ăcŭlum, *castrense tectum, quod figi & refigi, transferriq; potest*: 395. Soldaten hütte/ Zelt.

conTŭbern-ium, *in eadem taberna, vel tabernaculo, habitantium societas*: Hauß- (Stuben- Rott- Spieß-) Gesellschafft. (2) 889. Corporalschafft.

-ālis, *in eodem vivens contubernio*: 651. Hauß- (Stuben- Rott- &c.) Gesell.

in taberna libraria; tabulare aurū *apud bracteārium.*

Tabernas (1) *erigunt institores*; Tabernacula, *milites in* Tabernam (3) *divertunt viatores*: *è* taberna (2) *vinaria vinum petunt* contubernales. *& recreant se in* contubernio *suo.*

Taba-

Tābănus, *musca fera caballina*: 149. Roß Brem, [*à G.* δαφοινός, *cruentus immaniter cadens.*]

Tabellarius & *Taberna* v. Taba.

Tab-es (*is, f.*) *consumtio corporis, ex pulmonum ulceratione orta*: 302. Die darre/Schwindsucht/Lungesucht. [*à G.* τήκω, *consumo.*]

(2) *crassior sanies* (*sed usitatiùs* Tābum): 294. zeh Eyter.

-escĕre (& -ére) *tabe consumi*: Verdorren Schwinden; Schwindsüchtig werden.

-ĭdus, *tabe affectus*: Verdorret/ Schwindsüchtig/ Lungsüchtig.

-ĭtūdo, *idem quod* Tabes.

-ĭfĭcus, *tabe inficiens*: Schwindig/ Eyterhafftig machend.

con-dis-ex-Tabescere, *totaliter tabescere*: gantz verdorren/außdorren.

inTabescere, eindorren.

Tabidus, *qui* tabe (*seu* tabitudine) *laborat, sputat: sanguinem &* tabum tabificumque *illi est, quicquid edit & bibit.* Tabescit *enim, &* intabescit, *donec totus* extabescat.

Tablinum & *Tabula* v. Taba, *Tabum* v. Tabes.

Tăc-ere, *lingvam à sermone continere*: 644. 687. Schweigen. [*à G* σιγάω, *idem.*]

-ĭtus, *qui tacet*: Schweigend / Still-Schweigend/ geschwiegen / Still.

-ĭtè (& -ĭtò) *submissè*: 253. 630. mit Stillschweigen/ Stillschweigends/ Leise.

-ĭturnus, *qui tacere potest*: 644. verschwiegen.

Tacitus tacet, *dum nō loquitur*: taciturnus tacenda reticet *&* obticet. *Sed & tu, postquam dixisti quod opus fuit,* contice. Tacitè *vitā egisse*

-itur-

-iturnitas, 673. verSchwiegenheit. | egisse, & taciturnitate (reticentiâ) usum esse, neminem pænituit. Conticinium pars noctis profūda est,

conTic-ēre (& -escēre) Schweigend werdē.

-inium, tempus noctis primum quò omnia per quietem conticescunt: Stille nacht (die Stille in der nacht.)

ob-(& re-) Tic-ēre, 7. verSchweigen mit Stillschweigen überGehen/heimlich haltē.

-entia, 687. verSchweigung/ heimliche Haltung.

Tachygraphia [ταχυγραφία] celeriter scribendi Ars: Gschwindschreiberey.

Tactus v. Tangere.

Tæda (æ. f.) *fax ardens*: Brennende Fackel/ Windliecht. [δᾳ̃ς, δᾳδὸς, *id.*]

(2) *arbor quædam piceæ*: 722. Kien Baum / Kienholtz.

Tæd-et (& -escit) *rei nimietas animo ægrè facit*: 13. es verdreusst [*ex* ἄδω, *tædio afficior.*]

-ium, *satietas cum aversatione*: 283. verdruss.

-iōsus, verdriesslich.

dis-(& per-) Tædet, & Tædescit; es verdreusst hefftig/ überdrüssig seyn.

perTæsus, überdrüssig.

Tædet vivere hominem afflictū, qui nonnisi tædium capit: atq; simulta tædiosa eveniant, dis tædet etiā, ut omnium pertæsus mori expetat.

Tænia, *fascia quâ vittæ nodantur*: 381. Haubenbändlein/ Haar Schnur. [ταινία]

Taganites V. Teganites.

Talcum, 69. Talck.

Talea

Tālea, *planta quæ sine radice terræ inseritur* (*ut salicis &c.*) 324. Setzling/ Satzzweig/ Knebel. [θάκεια & θαλλα, *id. à* θάλλω, *vireo, pullulo.*]
(2) *lignum quadratum, in quo numerus accepta summa inciditur* Kerbholtz.

Tālentum, *pondus* 60. *librarum.* [τάλαντον] ein Talent.

Tāl-is, *qualis alter*: 529. 535. Solcher/ So beschaffen/ So thaner/ So gestalt/ Solcherley/ dergleich. [G. τοῖος, *id.*]
-ĭter, *modo tali*: Solcher gestalt/ Sothaner weise.
-io (*ōnis, f. m.*) *par mali retributio*: gleiche wiedergeltung/ gleiche Straffe/
-re Tālĭāre, *talionem rependere*: 653. gleich und gleich Geben.

Tali *loco* taliter *vtitur*. Talione retaliatur, *qui quale fecit, tale patitur*.

Talismanler, 974. Türckische Münche.

Talitrum v. Talus.

Talmud, 949. Talmud [*Hebraicum, Doctrinam sonat.*]

Talpa (*æ. f.*) *mus subterraneus major, & cæcus*: 193. Maulwurff/ Scharmaus. [*à* τυφλη, *cœca.*]

Tāl-us (*i, m.*) *os propè calcaneum, quod utrinque exstat, rotundum,* 214. 292. Knöchel. [*à* ταλάω, *suffero, sustineo, juvat enim latsionem animalis.*]
(2) *in animalibus bisulcis ossiculum quadratum, infra infimos tibiæ processus*: Köten.
(3) *lu-*

Talis (1) *adalligantur* talaria, *Vestesq;* talaris *eò usq; demittitur.* *Ludus* talorum (2) *hodie ignotus est*; *ludus* talo-

(3) *ludus officulorum quadratorũ*: 851. Würffel/ Spielwürffel. | talorum (3) *seu* talarius, *nimus* 1019. Talitrum *est ludicrum*; *sive incutitur fronti, sive naso.*

-āris (*vestis*) *ad talos usq; pertingens*: biß auf die Knöchel reichend.

-aria, *calceamenta quæ ad talos ligantur*: nieder Schuch.

-ārius (*ludus*) Würffel-(Spiel)

-itrum (*i, n.*) *ictus, qui digitorum talis infligitur*: 552.

(1) *vel fronti*: Stirnnippel / Knippe/ Bärenstoß.

(2) *vel naso*: Nasenstauber.

Tam, *adeò*: *131. 132.* So sehr/ So. [τόσον] | *Eris* tam *doctus*, quàm *bonus*; *si* tam *tibi attēdes* tanquam *redditurus rationem*.

Tam-qvàm. 26. So wol- Als.

Tanquam, *idem quod* Veluti: 943. Gleich alß/ Alß wann.

Tām-en, *conjunctio adversativa*: 65.69, 119. Doch/ Dennoch. [*ex* μὴν τοι, *id.*] | Tamenetsi (tametsi, etsi) *sapientia Dei donum est*; tamen (attamen) *comparatur studio*: nec tamē *sine Deo*.

Tamenetsi (*contr*: Tametsi, 911. Etsi) 132. ob Wol/ ungeAchtet.

atTāmen, (Veruntāmen,) Jedoch / Gleichwol.

necTāmen, und Doch nicht.

Tāmīnāre (*&* conTaminare *627.*) *tactu fœdare*: beSudeln/ beSchmutzen/ beFlecken.

[*ab H.* tamaa, *polluere*: *vel ex* Domen, *fimus, stercus.*]

in-(*&* incon-674.) Taminatus: unbeSudelt/ unbefleckt.

Tandem, *ad extremum*; *11. 106.* Schliesslich.

[*ex* tum-demum.]

Tangere

Tangĕre, *rem contrectare*: 845. Rühre/Tasten/Antaste/257. beRühre/736 [*olim* Tagere, *ex* θίγω *&* θιγγάνω, *id.*]

(2) *tangendo cognoscere*: 123. Fühle.

(3) *eminus tangendo ferire*: 845. Treffen.

Tact-ūs (*a, um*) 267. beRühret/beTastet. (2) geFühlet. (3) geTroffen.

-us (*ûs*; *&* -io) *tangendi actus*: 258. beRührung/ Fühlung.

-ĭlis (*e*) *quod tangi potest*: 469. beRührlich/ beTastlich.

atT-ingĕre, *leviter tangere*: 507/ 457. anRühren/ beTreffen.

(2) *Tr. assequi*: 568. 843. erReichen/ erLangen/ Treffen.

-actus (*ûs*) anRührung.

-ĭguus (*uons*) *attingens aliud*: anRührend.

conT-ingĕre. 256. 550. beRühren/anStosse

(2) *evenire, accidere*: sich beGeben/ sich zuTragen/ wiederFahren.

-actus. (*ûs*) 225. beRührung.

-ingit, es beGiebt sich/ es wiederFähre.

-ingens, 598. sich beGebend/ zuFällig.

-ingentia, beGebenheit. zuFälligkeit.

-actus (*ûs*) das beRühren / das anGreiffen.

-ĭguus, *quod contingit*: 163. 773. beRührend/ anStossend.

conTăg-io (*ônis*; *&* -ium, *&* -es) *mor-*

Tangunt (1) *nos omnia, quæ nos cõtingunt* (1): *nos a.* tangimur (2) *omnia, quæ* tactilia *sunt, &* contactu *suo* tactum *nostrum afficiunt*, *Sagitta* tangit (3) *scopum, si eò usq;* pertingit (attingit 2). *&* *illum* attingit (1) *h. e.* attactu *ferit*; *quod non omnibus jaculantibus* obtingit.

Imperitis manet scopus intactus, *nisi sit* contiguus (attiguus.)

Qui contagioso *morbo l bor..r, &* *approximat aliis, illi* corripiuntur; contagione *eadem rarò* contingit (2) *aliter.*

morbus per contactum inficiens: anSteckende (anfällige) Seuche.

-iōsus (*morbus*) 310. anSteckēd/ anFällig

inTact-us, *non tactus*. 805. unbeRühret/ unangeRühret/ unbeTastet.

-ĭlis, *tangi non valens*: unbeRührlich.

obTingere, 510. wiederFahren/ beGegnen.

perTingere, 325. hinan Reichen/ gelangen/

Tanquam V, Tam.

Tant-us, *quantus alter*: 63. 106. So groß. [τόσος, vel τόσσος, *id*]

-ŭlus (& -illus) So klein.

-i (*sc. pretij*) So thewer.

-ùm (& Tantummŏdò) *nota, exclusiva*: 59. 81. 134. So viel/ So nur/ Nur.

-ŭlùm (& -illùm) so wenig/ so ein geringes/ so gering.

-ò, 335. 355. So viel/ So sehr/ umb so viel.

-ĭsper, *per tantum tempus*: 939. So lang/ nur so lang.

-ĭdem (& -undem) *v.* -*dem*- 798. 813.

-ŏpĕre, *v. Opus*: 997.

-ùm non, *i.e. parũ abfuit quin*: Nur allein nicht/ bey nahe/ Schier.

Tantus *est Deus*, tantilli *nos*! tanti *tamen nos facit*, *ut* tantùm (tantummodò) *nostrum bonum quærat. Quod nos miseri* tantillùm *curamus*, *ut* tantùm nõ *aspernemur*: tantò *ingratiores*, *quantò minus à nobis requirit. Nempe ut illi* tantisper *serviamus*, *dum nos ad se transferat*.

Tăp-es (*ētis*; & -ēte, *is*; & -ētum) *stragulum variis coloribus intextum*: 854. Teppich. [τάπης, τάπητος]

Tarda

Tarda, *avis fera tardissimi volatûs, ansere major*: 141. Trapp.

Tard-us (& -iusculus, *dim.*) *actionibus cunctabundus*, 443. 502. Lāgsam/ angelenck. [βραδύς, *id.*]
-è, 278. Langsam.
-ĭtas, langsamkeit.
-āre, *tardè agere*: 444. Langsam machen/ oder seyn. (Säumen.
reTardare (*aliquem*) 442. lang aufhalten/
Tardigradus, 128. Langsam gängig/ eines Langsamen ganges.
Tardivolus, 141. Langsam fliegend.

Tardus venit tardè; tarditatéq; *sua omnes suas actiones* tardat, & *aliorum exspectationem* retardat.

Tarmes (*itis*; & -us, *i*) 129. Fleisch Made.
[*ἀτείρω, consumo*]

Tarsus, 223. der Rieß auf dem Fuß.
Metatarsus 223. Fußbrette.

Tartăr-ia, 870. Tartarey.
-us, 560. ein Tater.

Tartăr-us (*i*, & -a, *orum*) *locus damnatorum*: die Helle. [τάρταρος]
(2) *fex vini siccata*: (*s.a. v.*) WeinStein.
-eus (& -īnus) Hellisch. (2) Weinsteinisch.

Taur-us (*i*, *m.*) *mas bubulus*, 165. Stier/Farren/ Farrochs. [ταῦρος, *id.*]
(2) *signum cœleste*: 544. der Stier.
-a (*a*, *f.*) *vacca sterilis*: die GelleKuhe.
-īnus (& -eus) Stierisch.
-ea, *scutica ex taurina cauda, vel corio*: ein Ochsen zaun/Riemen Peitsche.

Si taurus *suis* taurinis *cornibus* tauram *impetat*, taureâ *vapulet*

Taurus *mons Ciliciæ*. 561. der berg Taurus.

Tax-āre, *pretium rei æstimare*: 799. nach würden Schätzē/anSchlagen/Taxirē. [à τάσσω, *modum præscribo.*]
(2) *mores taxare*: außSchätzen/Tadeln/ Mangel außSetzen.
-atio, Schätzung/ das Schatzen/ Taxirung/ (2) Tadelung.
-atōr, *qui alterius vitia taxat*: auß-Schätzer/ Tadeler.
reTaxāre, *vicissim taxare*: wieder auß-Schätzen/ wieder Tadeln.

Taxare (1) *merces Venditoris est*, *sed ut sit* taxatio *justa*. Taxare (2) *Vitia solet* taxator: *at si temeraria* taxatione (2), re taxetur, *h.e. propriorum Vitiorum rursus admoneatur.*

Tax-us (*i, f.*) *arbor abieti similis, ligno rubente*: 110. Eibenbaum. [τάξος]
-eus, *è taxo existens*: Eibinbaumin/ von Eiben.

Te, pronomen v. Tu.

-te, *adjectio ejusdem Pronominis, in Nominativo & Accus.* Tute, Tete (*v. ibidem.*)

Techn-a, *dolus, fraus*: Künstlicher grieff/ (oder Betrug.) [τέχνη, *ars.*]
-ĭcus, *artificiosus*: Künstlich/ Kunstreich
conTechnāri, *technis agere*: eine List erdencken.

Technicum *est*, technas *architectari*: *sed contra simplices* contechnari, *illaudabile.*

Tectum V. Tegere. *Teda* V. Tæda.

Tēgănītes (*æ, m.*) 471. Pfannen Kuchen/ Kräpplein. [τηγανίτης]

Tĕgĕre, *operimento velare*: 298. Decken. [σέγειν, *id.*]

Tegimus *ædium* tecta

Tect-us (*a, um*) 365. beDeckt.

-um (*n.*) *pars domûs summa, quæ tegitur*: 72. 148. Dach.

-ōrium, *calx inducta parieti, quâ lapides & ligna teguntur*: 400. Tünche/ Maurer Weisse.

-or, *qui tectorium parieti inducit*: 400. Tüncher/ Weisser.

Teg-men (& -mentum; 493. -ĭmen & -ŭmen, & -ŭmentum) *quô quid tegitur*: eine Decke.

Tĕg-es, 469. (*etis*, & -ĕtĭcŭla) *stragulum scirpeum*: geringe Decke / eine Taecke.

Tēg-ŭla, *testa tegendis domibus parata*: 407. DachZiegel/ DachStein.

subTegulaneus locus: 406. unter dem Dach gelegen/ mit Dach bedeckt/

circumTegere, *undiq; tegere*: 108. umb und umb beDecken.

conTegere, *accuratè tegere*: 203.224.926. beDecken/ wol (oder gantz) zuDecken.

deTegere, *tegmen detrahere*: 105. abDecken/ auffDecken/ entDecken.

(2) *Tr. patefacere*, 578. eröffnen / Offenbahren.

inTĕg-ĕre 113.151. (& super inTegere 360. 415.) zuDecken/ überDecken.

-ŭmentum, 161. eine über Decke/Deckel.

obTegere, *tegumine velare*: 81 verDeckē.

perTegere, *totum tegere*: gar zuDecken / über und über Decken.

præ

tegulis, *ut* tecta *sint*. *Parietes* ve*rò* obregit tector, tectorio. *Lectisternia* integuntur, & conteguntur tegetibus.

Aliæ res præteguntur, & circumteguntur, *aliis* tegumentis (integumentis): *ut*, *quod benè* pertectum *est, non facilè* retegatur.

(2) *Nominal. vini venditor*: Weinhändler/ Weinschenck.
-ŏlentus (*a, um*) *vino se ingurgitans*: 624. Weinsaufferisch/Truncken/ voll Weins.
-olentia, *ebrietas*: Weinsaufferey/ Weinsucht.
-ōsus, *cupidus vini*: Weinsüchtig.
(2) *ebriosus*: verSoffen.
-ifer, 102. Wein tragend.
-īpŏtor, ein WeinSauffer.
inVīnius, (*Apul.*) der keinen Wein trincket
Vindēm-ia, *cum vinea* vinum *demi*tur: das Weinlesen (oder die Weinlese) die Wein Erndte/ (Herbst.)
-iālis *fructus*: Weinfrucht.
-iāre, 372. Wein lesen/ Herbsten.
-iātor (& -ītor) Weinleser/ (-in)
-iātōrius, zum Weinlesen gehörig/ Herbst geschirr.

Vinum, *unde est? e* Vinea, & Vite. *Quomodo?* Vinitor (vitisator) *assumens* viteos *surculos, conserit* vitiarium, *constituitque in terea* vineali, & vineario *colle*, vinetū; *quod varie tractat etiam falce* vinitoriâ (vineaticâ) *putando &c.* Vindemiæ *tempore* vindemiat, *h. e.* vindemiales *fructus per* vindemiatores (vindemitores) *in* vindemiatoria *vasa, colligit. Fitque ex* vinaceis *uvis* vinum (villum); *quod distributum per dolia* vinaria (1) *emitur à* vinario (2)

Vīne-a, *locus vitibus consitus*: 370, 372. Weinberg/ Weingarten.

-ālis, *ad vineam aptus*: zum Weinberg tüchtig/ Weingartisch.

-ārius (& -āticus) *ad vineam pertinens*: Weinbergisch.

Vīnē-tum, *locus vineas continens*: Weingebirge/ Weinfeld.

Vīnĭt-or, *vinearum cultor*: 370. Wein-Gärtner/ Wintzer.

-ōrius, *quod est vinitoris*: Weingärtnerisch/ Wintzerisch/ Reb-

Vīt-is (*is, f.* -īcŭla, *dim.*) *arbor vinifera*: 102, 129. WeinStock/ Rebe-Stock.

Vitis spinifera, 102. Krausbeerstaud.

-iārium, *vitium seminarium*; Weinstock-Schule/ Rebengrube/ Setzlings grube/ Fechser grube.

-eus (& -igineus) *quod est ex vite*: 370. Weinstöckin/ Weinstock-Reben.

-ĭsator, *qui vites serit*: Reben Setzer/ Reben Pflantzer/ Rebenmann.

& *venditur in* taberna vinaria, *quò concurrunt* vinosi (2) vinipotores, *quos* vinolentia *stimulat*: *sed* vinolenti *sunt* in vinijs *exesi*.

Viŏl-a, *flosculus è primis vernis*: 96. Veilgen (oder Viol) [*q. diminut. ab ἴον, id. vel à* violendo.]

-āceus (*color*) *qui in viola florem tendit*: Veilbraun/ Violfarb.

-ārius, *violacei coloris infector*: Viol braunferber.

-arium, *locus ubi nascuntur violæ*: Veilgen Garten.

Viola *nascitur in* violario: Violarius *inficit pannos* violaceo *colore*.

Vipĕr-a, 131. Otter. [q. Vivipara: alij enim serpentes ova pariunt.]
-eus (& -inus) Otterisch.

Vir (ri, m.) viribus integer: 196. 208. Mann. [a viribus: vel ab H. Geyer, id.]
Virágo, mulier fortis, virum viribus referens: Männin.
-ilis, quod est viri: Männlich.
(2) Tr. fortis: Mänlich/ dapffer.
-ilitas, virilis aetas: 199. Mannheit/ Mannschafft.
(2) virilis animus: Manheit/dapferkeit.
-iliter, virili animo: Männlich/dapffer.
-itim, per singulos viros: 887. Mann vor Mann/ von Mann zu Mann.
-ōsa (mulier) viri appetens, luxuriosa: Mannthöricht.
Duum Vir-i, 784. die zwey Männer oder Herren.
-ātus (ûs) 784. zwey Herren Ampt.
-ālis jurisdictio, (trium, quatuor &c.) 784. zwey Herren botmessigkeit.
sic Trium, 784. Quatuor, 784. Quinq, Decem, 784. Centum, 784. &c. Viri.
SeptemVir v. Septem.
ēVirāre, Mannschafft be Nehmen.
SēmiVir, eviratus, Eunuchus: halbe Mann.

Viri, & viragines, virili (2) sunt animo, & viripotentes: semiviri, & evirati, nihil viriliter agunt.
Virilitas (2) autem tum patescit, cum viritim congrediuntur.
Magistratus quidam in civitatibus administrantur per Duumviros, Decemviros, Centumviros, &c. qui duumvirali, decemvirali, &c potestate res gerunt, tempore sui duumviratûs, decemviratus &c.

Viripŏtens (*Vlpiano*) Mannes mächtig / Mannbar.

Virere v. Viridis *Vīrescere* v. Vis *Vīrescere* v. Viridis.

Virg-a, *ramulus arborum novellus tenerior & sequatior, quales sunt virentes*: 835. grüne Ruthe/ Gerten. [*q.* Viraga, à *Viridis.*]

| Virgas *petit* virgator è virgeto, *ut inde* virgeas *ferulas paret.* Virgula divina *metallicā metalla indicat.*

-ŭla (*dim.*) ein Ruthlein.

-aMercurij (Virgŭla divina) 412. Wunschel Ruthe/ BergRuthe.

-ātor, *qui virgis cædit*: Ruthen schmeisser/ Ruthen schläger (oder Stauper.)

-eus, *ex virgis constans*: von Ruthen gemacht.

-étum (& -ultum) *locus virgis plenus*: 344. Ruthich/Ruthē geStrauche.

(2) Virgultūm, *tenera virga primo vere enascentes*: New Jahr wachs.

Virgiliæ, 544. das Siebengestirn.

Virg-o (*inis, f. dim.* -uncŭla) *fœmina virens, vel viripotēs*: 756. 951. Jungfraw. [*contr. ex* Virago.]

| Virgo virginali *pudore* (*quem* virgineus *rubor ostendit*) *custodiat* virginitatem; *nè* virginariam *temeritatem accusari necesse sit.*

(2) *signum celeste, idem.* 544.

-ineus (& -inalis. & -inarius, *Plauto*) *ad virginem pertinens*: Jungfrawlich / (oder Jungferlich.)

-ĭnĭtas, Jungfrawschafft.

Vĭr-ĭdis, *gramineo colore*: 76. 263. Grün. [*à* Vere, *ubi omnia* Virent,]

| *Quem* viridis *color delectat* (*at*

-ere

-ēre, 529. 419. Grün seyn/ Grünen.
-escĕre, 79. 198. Grün werden/ anheben zu Grünen.
-ētum (& -ectum) locus viriditate plenus: 111. Grünes feld/ (oder Grüner Busch.) (nend.
Virĭd-ans, viriditatem spirans: 85. Grünviridans folium, 111. laub.
-ĭcātus, viridibus consitus: 120. mit Grünen feldern (oder Bäumē) bewachsen.
-ĭtas (& Viror) Grüne/ Grünheit.
-ārium, locus viriditate amœnus: 528. 529. Grünender Platz/ Lustgarten.
-arius, qui viridaria & hortos curat: LustGärtner/ zierGärtner Gardenierer.
reVĭrescĕre, rursus virescere: wieder Grün werden.
subVĭrĭdis, aliquantum viridis: 76. Grünlicht.

quem non? viriditas n. grata est oculis) exeat in vireta, aut viridantia prata, vel alia viridicata loca: aut ingrediatur viridarium, quod ut revirescat quotannis, & pulchrè virescat, efficit viridarius.

Virtus (ūtis, f.) vis & robur viri: 868. 933. Krafft. [ἀρετή] (gend.
(2) Dehinc animi robur in bono: 484. 602 Tu.
(3) in certamine: 911. Tapfferkeit.

Vĭr-us (g. n.) asperitas odoris adulti viri: Bockentzender (Mutentzender) geruch. [à Viro.]
(2) fluxus virilis impurus: geiler Fluß.
(3) venenum: Gifft.

Quorundam virorum virus (1) facit, ut virus (1) oleant, & virosi (1) dicantur. Serpentes per

-ōsus, *mali odoris aut saporis*: Boͤckentzend/ Murentzend.
(2) *venenatus*: Gifftig.
-ŭlentus, *veneno plenus*: 82. Gifftig.

se virulenti (virosi, 2) sunt.

Vis (*nomen*) *violentia*: 460. 882. Gewalt. [*ir*]
(2) *pollentia*: 21. 98. Krafft.
Plur. Vīres, *tantum*: 272. 807. 816. Kraͤffte.
Virculæ, *idem quod* Vires. 619.
Vīrescĕre, *vires capere*: zu Kraͤfften kommen.
Viŏl-ens (*& usitatiùs* -entus) 225. 624. Gewaltsam/ Gewaltthaͤtig.
-entia, 803. 822. Gewaltsamkeit/ Gewaltthaͤtigkeit.
-enter, 460. 906. Gewaltsamlich/ Gewaltthaͤtiglich.
-āre, *vim inferre*: Gewalt thun/ verGewaltigen.
(2) *vim inferendo corrumpere*: 515 verSehren/ verLetzen/ verNichtigen.
-atio, 712. Gewaltigung/ verNichtigung.
-ator, 790. 822. Gewaltiger/ verSehrer.
.)(. inViolabilis, 915. unverletzlich.

Vis (2) *animi* virescit, *cùm corporis* vires *augescunt.* Vim (1) *pro consilio adhibet* violentus, *dum res* violenter violat (2), *etiam qua* in violabiles *esse debebant. Sed dant plerumq;* violatores violentiæ *suæ pœnas.*

Vis (verbum) V. Velle.

-vis, *adjectio indifferentiæ*: Qvivis, ein Jeder.
Qvidvis, ein Jedes.
Qvamvis, 135. obSchon.

Qvivis *Princeps, &* quantusvis, quamvis *bellum movere possit, non tamen debet ob* quidvis.

Qvan:

Qvantumvis, Wie wol [q. wie groß wol.]
Qvantusvis, wie groß er auch sey.
Qvâvis, wodurch einer wil / es sey wodurch es wolle.
Qvôvis, Allenthalben hin.
Ubīvis *V. Ubi. &c.*

Et quantumvis exercitum ducere in ipsum sit arbitrio; non tamen ducere debet quôvis, *aut* qvâvis, *quia non* ubivis *tutum, &c.*

Visc-us (*&* -um, *i,*) *stirps arborum ramis super excrescens, semper virens*: 143. Mistel. [ἰξός]
(2) *glutinum aucupum, quod fit è visci baccis*: Vogelleim.
-īdus (*&* -ōsus) 127. Leimechtig/ Kleibricht.
-ātus, *visco oblitus*: 360. mit Vogelleim beschmirt.
Viscatus calamus, 360. Leim Ruthen / Leim Stangen.

E Visco (1) *fit* viscidum viscum (2) *quod* viscatos *reddit amites,*

Visc-us (*eris, n.*) *membrum internum corporis vitale*: 227. 362. das Eingeweide. [*à G.* βιάσκω, *Vivisco.*]
-ĕrātim, *per viscera*: ein Eingeweide nach dem andern.
-ĕrāre, *viscera, vel alias carnes crudas, distribuere*: Eingeweide (oder rohes fleisch) außTheilen.
-eratio, *cruda carnis distributio*: fleisches außtheilung.
eViscerare, *viscera eximere*: das Eingeweid außNehmen / außWeiden.

Viscera *eximimus, cùm animal* eviisceramus. Visceratio *verò fiebat dum* visceratim *dissecti animalis (vel multorum animalium carnes inter paupe-res distribuebantur.*

Visi-

Visibilis & *Visitare* V. Videre.

Vîsîre, *flatum ventris tacitum emittere*: 623 Feisten. [βδέειν]

Visus V. Videre. *Vita* V. Vivere.

Vitâre, *declinare noxia*: 830. Meyden. [*q.* Via itare: außm weg Gehen]

eVita-re, 638, 702. verMeyden / entGehen.

-tio, verMeydung.

-bĭlis, verMeydlich.

ineVitabilis, 636. unverMeydlich.

deVitare, *idem quod* Vitare, & Evitare. 431.

inVĭt-âre, *ad eundum aliquò rogare*: laden / einladen.

inVit-atio (& -atus, *ûs*) einladung / das einladen.

-āmentum, *res invitans*: 606. anladung / anlockung.

inVĭt-us (*a, um*) *per vim ad aliquid tractus*: 880. Ungern / geNötiget.

-è, *contra voluntatem*. 504. Ungern.

Vita *omnia suspecta*, *si* evitare *sua pericula*. *At* invitat *aliquis pulchro* invitamento? *eò magis* devita. *Aut accede* invitus (invitò,) & *cum cura*; *ut*, *si accessus est* inevitabilis, *periculum tamen sit* evitabile.

Vĭtellus (*i, m.*) *pars ovi rubra*: 136. Eyerdotter / dotter. [*à* Vita: *ex eo enim* vivit *pullus*, *dum formatur*.]

Vitīligo (*inis, f.*) *vitio pravi humoris in cute serpens macula*: 504. Flechten

Vitilitigare v. Lis. *Vitilis* v. Viere. *Vitis* v. Vinum

Vĭti-um, *indebitus rei modus*: übelstand (eines dings) Gebrechen / Mangel. [φθὸν, *à* φθίω, *vitio*, *corrumpo*.]

(2) in

Vitium (1) *corporis reddit quidem* vitiosū (1) *hominē*, *non tamen meretur* convitium:

(2) *in moralibus*: 602. 603. unTugend/ ein Laster.

-ōsus. *vitiis deformatus*: 75. ubelgeschaffen/ Gebrechlich/ Mangelhafftig.

(2) *in moralibus* 605. unTugendhafft/ Tadelhafft/ Lasterhafftig.

-ōsitas, Gebrechligkeit/ (2) Lasterhafftigkeit.

-osè, gebrechlich/ übel (2) Lasterhafftiglich.

-āre, *corrumpere*: 288. Gebrechlich machen / übel zu richten.

conViti-um, *maledica vitij alicujus exprobratio*: Lasterwort / Scheltwort / Schmachwort.

-āri, *convitium dicere*: 645. Lästern/ außholpern/ Schabernacken/ Schmähen.

-ātor, *qui convitium dicit*: Lästerer.

etiamsi vitiositas (1) *tanta sit, ut non* vitiosè (1) *non agere, & operanon vitiare, non permittat.* *Sed* vitium (2) *animi, Verum dat* convitiatori *causam* convitiandi; *cū illa sit* vitiositas (2), *quā nos ipsi* vitiamq, *aliosq; nobiscum* vitiosos (2) *reddimus.*

Vitricus, *matris post obitum patris maritus*: 749. ein Stieffvater. [*q. ex* πάτρικος, *patruus, est n. patris successor.*]

Vitr-um, *massa cineris liquata, & glaciei instar indurata, transparēs*: 71. 411. Glaß. [*olim* Viditrum: *quod contr, ex* Viditorium.]

-iōlum (*dim.*) 60. Gläßlein.

(2) *succus mineralis*: 483. Kupffer-Wasser/ Vitriol.

-eāmen, 411. Glaswerck/ Glasgeschirr.

-eus, 104. 266. 814. Gläsern / Glaßfarb.

-iārius, 411. Glasmacher/ Glaser.

-iaria officina: 411. die Glaßhütte.

Vitriarius *format* vitrum, & vitrea *pocula, aliaq;* vitreamina: *etiam illa in quibus* vitriolum *distillatur.*

Vitt-a

Vitt-a, *velum lineum, quô comæ adstringebantur*: 139. Haube haarbinde.
[à vinciendo: q. *Vincita*,]
-ātus, *vittâ religatus*: gehaubet / mit einer Haube bedecket.

Vitŭl-us, *bos novellus*: 165. Kalb.
[*ex G.* ἰταλὸς, *bos*,]
-a, *vacca viridioris ætatis*: die Kalbe.
-īnus, 363. Kälbern / Kalb (fleisch)

Vītŭper-ium, *vitium alicui opprobratum*: 603. Tadel. [à vitium parando.]
-āre, *vitium opprobrare*: 645. Tadeln.
-atio, 691. das Tadeln / Tadelung.
-ator (& -o, *ónis*) ein Tadeler.
-ābĭlis 602. Tadelhafftig / unlöblich.

Vituperare vituperabilia, *laudabilis* vituperatio *est*. *Sed tu cave, nè justum* vituperium *in te reperiat* vituperator.

Vivarium v. Vivere.

Vīv-ĕre, *vi naturali vigere*: 123. 164. Leben. [βιόω, *id.*]
-us [βιὸς] *vivens*: 131. 161. Lebend / Lebendig.
Ad vivum, aufs genaweste / als lebend.
-ĭdus, *vita plenus*: Lebhafftig / Frisch.
-idè, 619. Lebhafftiglich.
-escĕre, *vivum fieri*: Lebend werden.
-ax, Lange lebend / Langlebig.
-ācĭtas, 719. Langes leben / Langlebigkeit.
-ārium, *vivorum animalium conservatorium, ut Piscium*: 349. Fisch-halter.

Vivus vivit vitam *præsentem*: redivivus revixit *ad novam*; semivivus, *simul est semimortuus*. Vivax *diu* pervivit, *& aliis* supervivit; vividus vitali *vigore pollet*, *eoq; è morbo etiã* provivit: vivacitas *n. a*

(2) *fe-*

(2) *ferarum*: 561. Thier garten.

Vit-a, [βίος & βιοτή] *vivendi actus*: 121. 122. das Leben.

-ālis, *ad vitam spectans*: 271. Lebhafft / Lebens.

-ālis facultas, 804. Lebens Krafft.

-alis spiritus: 234. 235. 246. Lebens Geist.

-ālitas, *vivendi vigor*: Lebhafftigkeit.

Vict-us, *alimentum quo vivitur*: 130.184. 352. Lebens mittel / Kost / Nahrung.

-uālia alimenta, 775. Speiß und Tränck.

-itāre, *vitam victu sustentare*: 144. 137. sich Nehren / sich erhalten.

Vīvific-āre, (*Apul.*) 234.317. Lebendig machē.

-us (*a, um*) 235. Lebendig machend.

conViv-ĕre, *simul vivere*: 732. mit Leben / bey einander Wohnen.

conVict-us (*ûs*) beyWohnung / Tischgesellschafft.

-or, beyWohner / Tischgesell / Tischgänger / Tischgenoß.

conVīv-ium, *accubatio epulans amicorum*: 853, 855. wolLeben / Gasterey / Gastmahl.

-a (*a, m. & f.*) *convivij particeps*: 856. eingeLadener Gast.

-ātor, 856. Gasterey wirth.

-ālis, (& -iālis) 853. 863. Gasterey.

-āri, 854. 860. wolLeben / Gasterey halten.

-atio, 853. Gasterey.

vitalitate *est*. Vitæ *alimentū vocamus* victum, *quia* victualibus victitamus.

Convictores convivunt *eodem* convictu: *sed* convivæ convivantur, *ab eodem* convivatore, *ad idem* convivium (conviviales *epulas*) *invitati*.

In vivario (1) vivunt *pisces*; *in* vivario (2), *fera*. *Avium ova* vivescunt, *cùm matrum incubitu* vivificantur.

PerViv-ere (*usq; ad summam ætatem*) erleben (das hohe Alter.)

proVivere, *amplius vivere*: (noch) lenger (Leben.

rĕVīviscĕre, *rursùm vivum fieri*: 317. wieder lebend werden.

rĕdiVīvus, *vitæ restitutus*: 952. wieder Lebendig.

SemiVivus, halb Lebendig.

SuperVivere, (*alicui, Apul.*) überLeben.

Vīverra, *mustela major quæ cuniculos venatur*: 191. ein Fret/ Füstev.

Vix, *ægre, difficulter*: 638. 654. Schwerlich/ Kaum. [*q. cum vi,*] *Hinc*

(2) Vix (Vicis) *auxiliatrix opera cùm alter interponit vices suas, alteriusq; locum & actiones explet*: Vertrettung/ umbWechselung.

(3) *locus ipse, quem pro altero explemus*: Statt/ Stell.

Vicem præstare alicujus: 72. An statt eines seyn.

(4) *tempus ipsum, quò operam tentamus*: Mahl. *Hinc.*

Vice unâ (seu simplici) primâ, secundâ, tertiâ, &c. einMahl/ zum erstenMahl/ zum andenMahl/ zum drittenMahl/ &c.

Vice (*alicujus*) *loco ejus*: 192. 168. anStatt

Vice versâ, 682. im gegenspiel/ hinwiderüb

inVicem, *idem quod vice*; an Statt.

Invicem, (*unâ voce*) *reddendo vicem*: 86. 501. hinwider/ untereinander.

Vix (1) *fieri potest, ut unâ vice* (4) *fiant omnia sed diversis vicibus* (4). *Nec unus propter omnia*: vicē (2) *nobis præstemus necesse est, & alter vice alterius* (in *alterius* vicem) *agat.* *Ideò sunt* vicarii, vicē (3) *alterius gerentes.* *Sed & omnes res sibi* invicem *serviunt, suamq;* vicissitudines *habet*:

perVices, 310. 769. Wechsel weise.
abinVicem, 501. von Einander.
adinVicem, 501. 534. 549. auff einander / an einander / gegen einander.
perinVicem, durcheinander (Wiederumb.
Viciss-im, *in vicem*: 467. hinWieder.
-itūdo, *alterna mutatio*: 986. umb-Wechselung.
Vicāri-us, *vicem alicujus gerens*: 876. Statthalter / verWalter / Anwald.

dum quod abijt, vicissim redit, per vices.

Vocare V, Vox.

Vŏl-a, *cavitas manûs*: 213. Das Hole in der Hand / HandTeller. [*à G.* γύαλον, *cavitas*, *Vola*.]
inVŏlāre, *furari*: Stehlen. Mausen. [*q. d.*) mit der hand Fassen.

Ne invol*a*res *alienas* *nè tibi aliena* vola *in capillos* involet. [*Vide seq. Volare Involare* (2).]

Vŏl-āre, *vi alarum in aere ferri*: 123. 133. Fliegen. [*à* vi & ala; *vel ab* ἰάλλω, *id.*] (Fladern
-ĭtāre, 141. hin und her Fliegen / Flattern /
-ātus (*ûs*, & -ātūra) 599. der Flug / das Fliegen.
-ātĭcus, (& -ātĭlis) *quicquid volat*: XVI. 156. Fliegend.
-ŭcer (& -ŭcris) *idem. Unde Nominaliter* ein Vogel.
(2) Volucris (*f. m.*) *avis*: 338. 317.
a- (& ab-) Vŏlāre, 141. hinweg Fliegen.
adVol-are, 150. 360. herzu Fliegen.
-atus (*ûs*) zu Flug.

Volant volucres (2) & *quicquid* volucre (1) (volatile, *seu* volaticum) *est*, *Vario* volatu. Avolant *u*. & advolant: subvolant (2) *in arbores*, & devolant. Provolant *e nidis suis*, & circumvolant *huc illuc*, revolantq; *ad ni*

 ante-

anteVolare, vorher Fliegen.

circumVŏl-āre (& -ĭtāre) 148. 137. umbher Fliegen.

conVolare, zusammen Fliegen.

deVolare, herab Fliegen.

ēVŏl-āre (& -ĭtāre) 146. auß Fliegen.

-ātĭcus (*homo*, *Plaut.*) Schnell aufgewischt / Geschwindfertig.

inVŏl-āre (& -ĭtāre) einFliegen.

(2) *Tr.* inVolare (*aliquem*), anFahren / anFallen.

perVŏl-āre (& -ĭtāre) 427. durchFliegen.

præVolare, 141. zuvor Fliegen / vorFliegen / mit Fliegen vorKommen.

præterVolare, nebenweg fliegen (fürüber Fliegen.)

proVolare, herfür Fliegen.

reVolare, zuruck Fliegen.

subVolare, *sub alio volare*: unten Fliegen.

(2) *sursum volare*: 137. hinauf Fliegen.

superVŏl-āre (& -ĭtārē) überhin Fliegen.

transVolare, *idem*. 192. 360. überhinFliegē.

(2) *pervolare*, durch Fliegē / durchkommen.

Volones v. Velle. *Volsella* v. Vellere. *Volucris* v. Volare. *Volumen* v. Volvere. *Voluntas* v. Velle.

dos. Evolant *silvâ*, pervolant *campos*, involant (1) *pascua*, *quò potissimum agminatim* convolant. *Quædam ordinatissimâ* volaturâ volitant, *unà reliquas* antevolante: *inter alias* præ volat *quæ potest*, *confusim*. *Si obviam habent arborem*, *hanc aliæ* prætervolant, *aliæ* pervolant, *aliæ* subvolāt, *aliæ* supervolant; & *sic omnes* transvolant (2).

Vŏlŭp-e *est mihi*: 280. es thut mir wol (oder sanfft) es ist mir lieb / es beliebet. [*cùm est ut* velle libet.

-tas, 218. 621. Sanfftes thun / Wollust.

-tābĭlis, Sanfft thuend / Lieblich.

-tārius (& -tuarius) *voluptatibus deditus*: 470. der Wollust zugethan / wollüstig.

Voluptari & voluptuose *vivere* (*quod* voluptarius *facit*) *non semper est* volupe. *Vera* voluptas *in* voluptabili *virtute sita est.*

-tuosus

-tuōsus, *idem* 47. Wollüstiglich.
-tāri (& -tuāri) 624. der Wollust nachgebē.

Vol-vĕre, *aliquid rotundum per planum promovere*: 676. Weltzen / Walgern. [*ex* ἐλύω, *&* πωλέω, *Verto, Volvo.*]
(2) *aliquid plicabile rotundè complicare*: 676. Rollen.
(3) *complicare alia etiam*: Wickeln / (oder Winden.)

Vŏl-ūtāre (*freq.*) 457. 986. hin und her Weltzē
-utatis lus (*Varr.*) *colluviaris, qui colluvie nutritur*: KothSchwein.
-ūtābrum, *cænum pro volutandis suibus*: Weltzstelle / Sawlache / Kothlachen (sich drinnen zu weltzen)
-ūtātio (& -utatus, *ûs*) Weltzung / das Weltzen.
-ūtātim Weltzend / Weltzig / geWeltzet.

Vŏlub-ĭlis, 540. Weltzlich / umbWeltzig.
(2) *Tr. inconstans*: unBeständig / wanckelhafft.
-ĭlĭtas, 839. umblauff / (2) unBeständigkeit.
-ĭlĭter, umblauffig / ringfertiglich.

Vŏlūmen (*ĭnis, n.*) Volutatio.
(2) *quicquid convolvi & evolvi potest*: 403. Roll.
(3) *In spec.* Volumē chartæ *minus*; 488. ein Buch.
(4) *majus*: 488. ein Riß.
(5) *maximum*: ein Ballen.

Volvit (1) *arator volvulum* (1) *in arvo, dum eum glebis* supervolvens provolvit (1) *&* revolvit (1): *id quod fit* volubiliter, *si* volvulus (1) (*cylindrus*) *ipse* volubilis (1) *fuerit.*
Volvit (2) *pannifex pannorum* volumina (6 *&* 7); *ut & alij alia ejusmodi* volumina (2)
Volvit (3) *chartopaus, è vicenis-quinis plagulis* volumen (3) *chartæ minus*: *ex his autē* 20. volumē (4) *majus*; *rursum* ⅓ *ex his* 10. *maximum* volumen (5), obvolvitq;

(6) *Sic* Volumen panni, *vel lintei, minus*; ein Bällichen.

(7) *vel majus*: 389. ein Balle.

Volv-ox, *vermis vites erodens, quia se pampinis involvit*: 129. ein Rebenwurm.

-ŭlus (1) *signif. v. Cylindrus*, 299.

(2) *signif. v. Colica.*

adVolvĕre, 904. zu Weltzen.

circumVol-vere, 187. 423. herumb Weltzen/ herumb wickeln/ herumb winden.

circumVŏl-ūtātio, umb Weltzung.

conVolv-ĕre, 189. 238. zusammen Weltzen/ über einander weltzē (2) zusamen wickeln.

-ŭlus, *idem quod* Volvox, 129.

conVolutio, 129. zusammen weltzung/ eine Windung.

deVol-vere, 455. 877. herab Weltzen.

-utus, 877. Gelangen.

eVolvere, auß einander Weltzen/ oder Wickeln.

(2) *Tr.* eVolvere librum: Blättern/ aufBlättern/durchBlättern/ aufSchlagen.

eVolutio, 129. außWindung/ außWickelūg.

inVolv-ere, 381. 747. 796. 882. einWickeln/ einWinden. (2) auffWinden.

-ŭlus, *idem quod* Volvox.

inVŏlūcr-um, *quicquid aliquid tegit*: WindelTuch/ Decke/ Futral.

-e(*is, n.*) *linteū quod tonsores humeris tōdendorū involvūt*: ein scheertuch.

obVolvere, 211. 238. beWinden/ beWindeln/ verWin-

Involueris. } *Libri* volumē (2) *lectori* revolvunt (2) *tùm* evolvunt (2), *&* pervolvunt (2): *rursùsq;* involvunt (1), *&* convolvunt (2).

Volutaris *sus* volutat *se in* volutabro, *gratâ sibi* volutatione. *At miser, qui* volvulo (2) *laborat*; *dū se* volutatim (*præ dolore*) *in lecto* versat, *aut lecto* devolvit, *& in terra se* circumvolvit, *& miserabili* circumvolutatione *pedibus alicujus se* advolvit, *aut commiserationem implorans ad genua* provolvit (2), *miserum est spectaculum. Morbi*

verWinden/ verHüllen/ beWickeln.

perVol-vere (& -ūtāre) durch Rollen (oder Weltzen.) (durch Suchen.

(2) *Tr.* librum : durch Blättern /

proVolvere, 458. für sich hin Weltzen.

(2) *Tr.* proVolvere se ad genua : zu Fuß fallen / einen Fußfall thun.

reVol-vere (& -utare) 540. zurück (umb) Weltzen. (2) auffWickeln.

reVolubilis, 541. sich (umb) Weltzend.

superVol-vere, (& -utare) 333. über her hin Weltzen.

n. illius nō ea est volubilitas (2), *ut facile cedas &c.*

Vōmer (*eris, m.*) *aratri ferrum sulcos* evomens : 332. PflugSchar/Pflug eisen.

Vŏm-ĕre, *ex ventriculo supernè eijcere* : 623. sich erBrechen/ sich überGeben. [ἐμεῖν, *id.*]

-ĭtus (*ûs*) *vomendi actus* : 293. das Brechen/ überGeben.

-ĭtāre (*frequ*) sich sehr Würgen und Brechen.

-ĭtōrius, *vim vomendi habens* : 810. erBrechung machend.

eVomere, 127. 623. außWerffen/auß Kotzen.

reVomere, wieder von sich Geben.

Vomere *si placet*, vomitum *excitabunt* vomitoria *medicamenta*, *ut* vomitando evomas, *quod* ventriculum, *gravat. Saepius a.* revomere, *in salubre est*.

Vŏmica, *ulceris radix* : 294. Eiterstock.

Vŏr-āre, *cibum non masticatum deglutire* : 623. Fressen. [*à* βορᾶ. *pabulum, cibus.*]

-ax [βόρος] 185. 623. Fraß / Fressig.

-ăcĭtas, Fressigkeit.

Carnivora *bestia*, & vorax *homo*, vorans voraciter. *Et tamen tanta* devo-

-aciter, Fressiglich.

-āgo (inis, f.) locus devorans & absorbens: 47. Wasser Fresse/ Schlund.

-āginōsum (solum) voll Dümpffel.

CarnīVŏrus (Plin.) 146. 181. Fleisch fressig.

PisciVorus, Fischfressig.

dēVŏrāre, 172. 317. auffFressen/ verFressen/ verSchlucken/ verSchlingen.

rando non plus voracitatem explet; quàm aqua vorago, aut voraginosum solum.

Vortex V. Vertex in Vertere.

Vos, *nominativus pluralis secunda persona*: Ihr. & *Accus*, Euch.

Vōbis, Euch. Vestrûm, Ewer.

Vester (*ra, rum*) *vobis proprius*: Ewer/ der Ewrige.

Vestrâs, *ad vos pertinens*: Ewrig.

Vos *audite*, vobis *loquor*, vestrûm *causa*. Vestram *salutem*, vestratiumq; *melius curate*.

Votum V. Vovere.

Vŏvēre, *aliquid à Deo cum certa gratitudinis repromissione optare*: (mit Gelübd) wünschen. [*à* βοάω, *Voco, implore.*] de thun.)

(2) *Deo spondere*: 999. Geloben/ (Gelüb

Vŏt-um, *optatio*: Wunsch.

(2) *promissio Deo facta*: 999. Gelübd

(3) *suffragium*: 831. 875. Stimme.

-us (*a, um*) *quod vovimus*: Gelobet/ durch Gelübd zugesaget.

-īvus (*a, um*) *ad votum pertinens*: gelübdlich / Wünsch.

dēVŏ-vēre, *solenniter vovere* 964. verLoben/ durch Gelübd überGeben.

(2) diris

Quod à Deo vovemus (1) votum (1) *est* : *quod Deo* vovemus (2), votum (2) *est*, *obligans nos ad exsolvendum rem* votivā, *i.e.* votam, *seu* devotā (1) *Deo*. Devovere (2) *alios diris*, *nulli* devoto (3) *convenit*: *faciunt id impij qui* devotorijs verbis *proximo de*

(2) diris devovere: verFluchen (zum Fluch übergeben.

deVotus, (*a, um*) verLobt/ (2) verFlucht.

(3) Andächtig (*s. a. v.*)

-tio, 852. verLobung. (2) Fluch.

(3) Andacht (*s. a. v.*)

-tōria carmina: verFluchungs vers.

Vox, *sonus articulatè loquentis:* 250. 251. Ruff Stimme. [*à* βοῆ, *Vel* ὄσσα, *id.*] (Wort.

(2) *particula sermonis*, 591. 678

Vōc-ŭla Stimmlein. (2) Wörtlein.

-ālis, *sonorus*, Stimmig/ Laut.

(2)-ālis (*litera*) Laut Stimmiger *Vocal*

bi-Vocalis, duppel vocal.

Semi Vocalis, halb Stimmig- halb vocal

-ālitas *clarus sonor*: Laut stimmigkeit.

Vōcĭfĕr-are (& -āri) *voce intensâ clamare*: 623. überLaut Ruffen/ (oder Schreyen) (Schrey-

-atio (& -atus, *ûs*) 141. ein Lautes ge-

Vŏcā-re (& Vŏcĭtāre *frequ.*) *voce clamare*: 16. 28. 34. [βοᾶν, *&* βωτᾶν.]

(2) *voce compellare, invitare*: Ruffen beruffen.

(3) vocare (*nomine*) 26. Nennen.

-tio (& -tus *ûs*) 639. beRuffüg/beRuff.

-tor, *qui vocat ad nuptias*: einLader/ ein umbBitter. (dung.

-tīvus, *casus Grammaticus*: Ruffen-

-bŭlum (& -men) *res appellatio*: 4. 678. Wort/ Nennwort.

votionem (2) *optant, sibi v. ipsis accersunt. Per vota (3) fiunt electiones Magistratuum.*

Sonora vox *seu os* vocale (1) *convenit Oratori*; *leni* vôculæ (1) *exilis est* vocalitas *Ex literis*, vocalibus (2), semivocalibus, *&* *consonis*, *fiunt* voces (2) *&* vocul̄æ (2), *quibus* vocam9 (3) *res singulas, unamquamque suo* vocamine: (*sed* vocabula *meliora sunt* univoca, *quàm* æquivoca) *aut ad nos aliquem* vocamus (2) *sed* vocatorem, *quando* vocationem *obit*, vo-

-bularium, 678. Rahmen Register,
adVŏc-āre, *ad se vocare*: zu Ruffen,
(2) *In sp* zum Beystand (oder vorsprecher) Ruffen.
-atus, (*i, m.*) 829. ein Beystand/vorsprecher/Rathgeber im Rechten, Advocat.
āVŏc āre, *aliunde alio vocare*: hinweg Ruffen/ anderswohin beRuffen / abFordern/ abhalten,
-āmentum, weg Ruffung/abForderung/abHaltung.
ÆquĭVŏc-um (*Philosophis*) *quod æqualiter cum alio vocatur*: *dehinc* Ambiguū: Zweyffelhaffteig/dupplSinig.
-atio, duppelsinnigkeit vielsinnigkeit.
conVŏc-āre, *in unum vocare*: 960, 971. zusammen beRuffen (oder Fordern.)
-atio, zusammen beRuffung/
deVocare, *vocando deducere*: 961, herabRuffen/ (oder Fordern.)
eVocare, *extra vocare*: 600, 939. herauß Ruffen (oder Fordern) (Ruffen
inVoc-are, *in auxilium vocare*: 671. An-
-atio, Anruffung.
introVocare, *q. vocare intrò*: hinein Ruffē.
prōVŏcā-re, *foras vocare*: 638. 956. herauß Ruffen/ auß Fordern.
(2) *Tr. ad alios vocare*: 822. sich beRuffen (auf jemanden.)
-tor, auß Forderer/ für Bieter.
rĕVŏc-āre, *retrorsum vocare*: 687. zuruck-(wieder-) Ruffen/ zuruck Fordern.

cifer ari *non opus est; vociferatione trans aguntur.*
Si tibi quē advocare Vis Vide an non à melioribꝰ avoces, avocamentisq; *tuis illi, Vel aliis, noceas.* Advocatum *tamen si advocas* (2), & *ad causa defensionem* invocas, *ipse dixerit an expediat. Cùm tibi aliquo singulariter opus est*, evoca *eum*, & *ad-* *te* introvoca, *aut* sevoca *in secessum.*

Si quem provocare (1) *Vis, ne sis* provocator *ad pugnas, sed ad officia.* Provoco (2) *ad Deū, quod hac sit irre-*

(2) *intermissum restaurare*: wieder auf Bringen.

(3) *ad aliquid (tanquam summã)* 957. Ziehen/Bringen.

-ābĭlis, *revocatu facilis*: wieder Ruff(lich.

.)(. irreVocabilis, unwiederRufflich.

-atio, WiederRuffung.

seVocare, *seorsum vocare*: beyseits Ruffen / (oder Fordern)

Unĭvŏcum, *quod unico nomine vocatur: dehinc* Clarum, Klar deutlich.

vocabilis *ejus Voluntas, ut nos invicem re*vocemus (1) *a contentionibus, &* convocemus *ad concordiam.*

Vulcanus, 931. FewerGott.

Vulg-us, (*n. & m.*) *promiscua hominum multitudo*: 630. der gemeine hauffe. [*ex G.* ὄχλος, *id.*]

-ō. 813. in gemein/ gemeinlich.

-aris, *ad vulgus pertinens*: X. 114,387. Gemein.

-ārĭter, Gemeiniglich/auf die gemeine art.

-āre, *in vulgus dare*: Gemein machen.

di-(e- & per-) Vulgare, *in vulgus spargere*: 646. 498. (unter das gemeine volck) auß Bringen (oder auß Breiten)/ kundtbar thun / Ruchtbar machen.

Prōmulg-āre, *palam pronunciare, publicare*: vor der gemein außKünden / außRuffen/Kundt machen. [*q. pro Vulgare.*]

-atio, außRuffung.

Vulgus *Vivit* vulgariter, vulgaribus *moribus*. *Si quid novi rescit, ilico* vulgat; *etiamsi prohibeas*, evulgat *tamen*. *Rumor vero, qui* vulgo *fertur*, divulgatur & pervulgatur *celerrime*, *Magistratus quod* vulgum *scire vult*, promulgat.

Vuln-us, (*eris, n.*) *solutio continui*: 288. 293. Wunde. [*ex* οὐλή, *cicatrix, ulcus: vel ex* ὀλώμενος, *perimens, exitiosus.*

Cum quis vulneratur vulnus *est, quod* vulne

-ĕrāre (& conVulnerare) *vulnus infligere*: 98. 189. zerWunden/ wunde schlagen.
-ĕrārius, *ad vulnus pertinens*: Wūd. (2) *nominaliter, vulnera sanans*: Wund Artzt.

rarius vulnerarijs *emplastris sanat*.

Vulp-es (-ecŭla, *dim.*) *fera minor fraudulenta*: 185. 252. 266. Fuchs. ἀλώπηξ: *id. quia* ἀλωπὸς, *astuta*.]
-ínus, *quod est vulpis*: Füchsin/Fuchsen.
-īnāri, *imitari astutiâ vulpem*: Schleichen wie ein Fuchs.

Qui vulpinatur, vulpem vulpinâ *astutiâ imitatur*.

Vulsella & *Vultura* v. Velere.

Vult-ur (*uris*; *m.* & Vulturio) *avis rapacissima*: 146. ein Geyer. [*à* Volatu *acri*.]
-ŭrinus (*sangvis*) Geyer.
-ŭrius (*homo*) *i.e. rapax*: Geyergreiffig/der gern umb sich greiffe. (Süd ost.
-urnus, *ventus à brumali ortu flans*:
subVultŭrius, *subniger*: Schwartzlecht.

Vultur *captat aviculas*; vulturius *homo*, *quicquid potest*: *sed hic captus ipse*, *fit* vulturina *esca*, (*quanquam potius corvina*)

Vult-us (*ûs*) *faciei humanæ figura*: 691. Antlitz. [*q.* Volutus; *à* Volvo.]
-icŭlus (*Cic.*) klein Antlitz.
-uōsus, *vultu severus*: Ernst sehend

Vultu *placido*, *sed pronunciatione* vultuosâ, *perorat gravis Orator*.

Vulva, *uterus*: BehrMutter. [*ab in*volvendo *fætu*.]

X.

Xenodochium, 777: Pilger-Hauß,

Xerxes, 575. der Persier König/ Xerxes.

Xiphias, (*æ, m.*) 157. Schwerd-Fisch.

ξιφίας: à ξίφος. *gladius.*]



Z.

Zea [ζεία] 92. *L. Ador.*

Zĕbaoth, [*Hebr. Exercitus*] 1000. der Heerscharē

Zedoaria, *aroma*: 95. Zittwer.

Zēl-us, *vehemens amor, æmulatio*: 281. Eyffer. [ζῆλος]

-āre [ζηλᾶν] *æmulari, invidere*: Eyffern

-ótes (*æ, m.*) *æmulator, qui nullum in amore fert rivalem*: ein Eyfferer

-ŏtypus, *invidens, quòd alter potiatur nobis adamato bono*: ein Neidischer Eyfferer.

-otypia, eine Neidische Eyfferung.

Zelus *est amoris vehementia.* Zelotes zelat, *dum aliquid solus amare, & ab illo amari vult.* Zelotypus *verò jam* zelotypiā *ardet.*

Zēnith, *verticale punctum*: 542. der höchste Himmels puncte. [*Arab.*]

Zĕphyrus [ζέφυρος] *L. Favonius,* West.

Zibéth-um, (*&* -icus *catus*) 190. Zibeth-Katz.

Zingĭber (*vel* Zinzĭber ζιγγίβερι) 95. Ingwer.

Zizāni-a (*æ, &* -*ium, &* -*iorum*) un-Kraut. [ζιζάνια]

Zōdiăcus, *circulus Cœli, per quem Planetæ currunt*: 539. 540. Thier-Kreiß. [ζωδιακὸς, à ζώδιον, *animal* (*duodecim enim Zodiaci partes a*

Animalibus denominantur: Aries, Taurus, Cancer, Leo *&c.*]

Zōn-a, *cingulus latior*: 556. Breiter Gürtel. [ζώνη]

-a terræ: 557. WeltGürtel.

Zona torrida: 557. heisser weltGürtel

-frigida, 557. kalte WeltGürtel.

-temperata, 557. Temperierter.

-ārius, *qui Zonas facit*: Gürtler.

(2) *sector, qui eas scindit*: Gürtlschneider, *i. e.* Beutelschneider.

Zonatim, *per Zonas*: nach art des Gürtels/ umb und umb.

Zonarius (1) *facit* zonas *quas* zonarius (2) *sector scindit*, à zonula. Zonas terræ *figit Geographus cùm terram* zonatim *dividit*.

Zythus, *potus ex hordeo vel tritico*: 376. 860. Bier. [ζῦθος]

FINIS.



Ad Lectores.

QUum Typographus superesse ad Lexici calcem pagellas aliquot vacuas moneret, libuit occasione hâc monere Te quiddam, optime Lector. Audio esse, qui me Theologum, & senem, puerilibus studijs tempus terere mirentur; aut certe quòd non celeriùs transeam ad majora illa, quorum conceperunt spem, indignentur. Respondebo ergo ad ista paucis: cùm ut alijs eximam scrupulum, si potero; tùm ut soler me ipsum, quem tot minutiarum tricæ non possunt non afficere tædio, magis ac alium qvenquam. Sit enim, præter voluntatem meam in hæc studia detrusus sim; ut tamen haud sine divinæ voluntatis ductu me huc delatum credam, multa cogunt. Qvid igitur faciam? Obseqvar Deo meo, illiq; in statiuncula hac, quâ me interim locavit, serviam: nec existimabo parum esse servire pusillis, quibus serviunt Angeli (Matt. 18. 10.) Erigetq; me magni Erasmi exemplum, qui *de Civilitate*

Morum puerilium ſcripturus, ita præfari orſus eſt : *Si ter ma*
ximum illum Paulum non piguit, Omnia fieri omnibus,
quò prodeſſe poſſet omnibus, quantò minus ego gravari de-
beo, juvandæ Iuventutis amore ſubinde repueraſcere? Et Me-
lanchtonis illud, quod de Micyllo ad Egenolphum ſcripſit :
Valdè probo Micylli judicium, & video illum eâ virtute
eſſe, ut Scholaſticas operas non faſtidiat. Quare cum e-
um propter ingenij elegantiam, & multiplicem erudits-
onem, ac mores optimos, amem & ſuſpiciam, profectò ob
hanc cauſam pluris etiam facio, quòd non gravatim con-
fert operam ad juvanda puerilia ſtudia, cùm alia poſſet
ſcribere, paritura ei plus admirationis apud exteros.
Eaq; in re & judicium ipſius & voluntatem ſentio lau-
dandam eſſe. Videt quid conducat publicis ſtudijs, &
eſt juſtitia noſtri ordinis, hanc militiam non defugere, ac
juvare diſcentes, &c.

Illis autem, qui me in his tam diu hærere, mea cunctan-
tiùs edere, adeòque ſubinde mutare, ægrè ferunt, opponam il-
lud *Cornelij Gemmæ,* ſuam quoq; in edendis ſuis tarditatem
excuſantis : *Miror quo fatò id uſu veniat, ut quoquisque*
in quavis arte peritior, tùm minus de ſe minusq; ſentiat,
tùm ad ſcribendum incaleſcat tardiùs. Meum hoc facio;
quia eundem in me experior affectum, annis jam aliquot in ex-
plananda Latini tyrocinij via ita verſatus, ut placere noſtra inci-
piant multis, diſplicere nobis. Quod n. placeant aliis, accipio
in non malè navatæ operæ teſtimonium: quod diſpliceant no-
bismet ipſis, id non aliunde quàm à profectu in melius venire
poſſe puto. Nempe quia in proſpectum meliorum provehi
ſe videns optimorum anhelatrix Mens noſtra, priora illa, tam
quam minùs talia, non faſtidire non poteſt. Dicam autem
ſpeciatim, qvid jam in his noſtris deſiderem.

I. Ante omnia, quam *Prolixitatem* circa hæc meam diſpli-
cere mihi cæpiſſe jam in parte generali (Methodo LL. noviſſ. Ca-
pite XXVIII) queſtus fui, illa magis etiam operis progreſſu diſ-
plicuit ; cùm danda Latinitatis tironibus in manum Volumina
excreſcere adeò, viderem. Certe enim Inſtrumenti cujusvis
laus in eo quoq; eſt, ut ſit expeditum ac verſatile,

II. Deinde in *Veſtibuli & Ianuæ ſtructura* ſalebroſum
videtur, quòd verſionem ſibi parare jubeantur ipſimet Diſcipuli
ſubſidijs nondum ſatis inſtructi. Emendandum id omninò.

III. Te

III. *Textus Ianuæ* nondum eam habet, quam debuit, simplicitatem: satis nudam scilicet Rerum Nomenclaturam; neq; Vocum ubiq; nativas (citra translationem & Idiotismos) significatus: neq; Phrasium & Sententiarum naturalem ubiq; nexum, ut Periodorum ratio exstaret ad oculum; Redigenda igitur ad naturaliorem fluxum omnia.

IV. *Grammaticam Ianualem* (rigidiùs Didacticæ leges & eorum qui Grammatica præcepta nimis urgent exemplum, sequuti) concinnavimus pleniorem quidem receptis: cui tamen difficultatem subesse tentata praxis ostendit: scripsitq; Vir Illustris, *Grammaticam hanc non docendis videri scriptam, sed doctis: neq; proponendam nisi longiùs à tirocinij limine provectis.* Agnosco igitur accidisse nobis hîc, quod olim Sauli Regi: qui arma virilis suæ staturæ adaptare tentabat adolescentulo Davidi, sed frustra. David n, non armari se istis, sed gravari, sentiens, elegit loco Galeæ, Loricæ, atq; Gladij, Baculum & Fundam, cum lapillis quinque lævibus, victoriamq; de hoste retulit. Imitemur id quæso etiam in puerili hoc Tironum nostrorum cum Barbariei hoste conflictu! atq, viriles contemplationes in Virilem differendo captum, pueros Lingvas usu & exercitatione, levi adjutâ præceptorum normâ, doceamus, subtilioribus observationibus alió dilatis. Collimamus enim certè constanter eò, *ut Discipuli nostri totum sermonis artificium intelligant, ad minutias usq;*: nec ideò tamen simul & semel omnia detegi, aut operosè omnes minutias inculcari, necesse est; quia explicatis rectè fundamentalibus, infinita ultrò patescent. Devorandam itaq, iterum propono molestiam illam, ut transeundo salebras istas denuò, explanatius reddamus Grammaticum hoc studium, atq, adhuc. *Primùm*, quia quies non est animo meo, si non assequor ut prosim. *Dehinc*, quia nauseam video paratam, si quid optimum etiam non ita fuerit delicatis attemperatum palatis, ut jucundè influat. *Tandem*, quia in eo, ut Grammatica hæc nostra manuductio suscipiatur, plus quiddam futuri boni video, quàm ut pro obtinendo eo quidquam sudoris declinare conveniat. Non hoc innuo solùm, quod Melanchthon ursit toties: ut Homines, vaga cogitare, loqui, agere, naturâ quodammodo proni, legibus constringi, & ad leges vivere & loqui (quod utiq, per se magnum quid est) consvescant: sed etiam ut per illam ARTICULATIONEM, quam spe-

ctare

ctare in Sermone hîc assvescent, oculi simul aperiantur in ARTICULATIONEM, quæ pariter in omnium RERUM, COGITATIONUMQ; humanarum structuris obtinet: & ex cujus intellectu vero, claro, distincto, totum humanæ Sapientiæ lumen exsurgit. Loqui ænigmata videor? Dabit brevi DEus: ut ænigmata esse, desinant.

V. *LEXICON Ianuale* (quod nunc post Typographorum, in eo excudendo, 15 Mensium remoras damus) excrevit quoq; molestam in molem: quô nomine primùm displicet. Tum Sphalmata præli quæ & qvanta admissa in numeris sæpe, in literis nonnunquam. Ex. gr. *Sapere*, Weißlich sünen / pro, sinnen / &c. Qvalia ut condonentur (in tam spinoso minutijs q; referto, opere) orant Typothetæ & Correctores. Sed & nostram ipsorummet industriam fatiscere hincinde contigit: Ut quod *Exoletum Vinum*, verrochen Wein / repositum sit sub *Olescere*, qvum sub *Olere* debuisset: & quæ aliâs occurrent, non pauca fortassis. Invenimus nempe nos infinita in aliorum laboribus menda: inveniantur etiam in nostris, qui extra humanam sortem nos ponere non potuimus.

VI. *Textus Lexicales*, quibus arenas colligere in fasces, & inconnexis dare cohærentiam tentabamus, si non ubiq; satis liquidè fluunt, detur venia primùm experientibus: Nihil simul nasci, & acquirere perfectionem suam ultimam solet.

VII. Tractatum de *Synonymis, Homonymis, Paronymisq;*, memini promissum olim, appendendum Lexico: quem moliri lucem Rebus affundendi amor, Vocumq; confusionem vitandi studium, coegerat, paratumq; habemus. At non damus: quia Lexico augere molem non libet. Magis autem ideò, quia quum accuratior jam *Rerum nomenclatura* nihil nisi Synonymorum perpetua concatenatio facta sit; *Lexicon* autem homonyma & paronyma singulari curâ expediat, iterari illa non ampliùs videtur necessarium.

VIII. Promissus quoq; fuit Germanicarum Vocum Index plenus, habemusq; (cum perquam utili *Homonymorum, Paronimorumq;* sylvula) confectum. Nec tamen damus: quia talibus jam occupare prelum nostrum non vacat, nec in alieno esse curiosum libet. Si optimus Vir, D. Petrus Colbovius, tanto in hæc studia exarsit amore, tradiq; sibi lampada non renuit, tradere sumus parati.

IX. *ATRIUM Latinitatis sequi debet, Elegantiæ lingva*


linguæ explicans: de quo edendo delibero. Quia enim totius Lingvarum studij aliam videre dat Deus rationem breviorem & meliorē, propiusq; ad ideas, cur mox mutanda protrudam. Didici jam, nimiam diligentiam minus esse utilem: præcepsq; alijs gratificandi studium abortire opera.

Pergit quis continuandam in his diligentiam in vitio ponere? Pergam testari ego, *Mihi non esse in vitio, si quis quod agendum suscepit, cum proposito peragendi agat*, difficultatumq. obicibus perrumpendi conatus opponat. Inexpertum profecto se rerum ostendit, qvisqvis tam complicatum opus (quale est Methodi perfectæ venatio) citra oberrationes absolvi posse sperat. Satis felici tramite progreditur industria humana, si errando non erraredifcit: ut necesse sit multùm errare eum, qui multorum errorum invenire quærit finem. Sapienter antiqui, *posteriorem quemq; diem discipulum fieri prioris*, dixerunt: nos ergo si multùm proficere volumus, multos ejusmodi magistros, succedentes sibi in nobis exercendis Dies, cur nobis invideamus? si *Secundæ cogitationes meliores* qvidni magis etiam tertiæ, quartæ, decimæ, eâdem aut majori curâ susceptæ? Avertat Deus id contingat parturienti diligentiæ nostræ, ut fœtus enitamur neque staturæ neque vitæ ulla habituros incrementa! Relinquimus nos alijs nostra emendandi (nec enim nostra sunt, quæ communis juris & usûs sunt) potestatem: & cur eam nobis ipsis, quamdiu in his sumus, subtrahamus? Speramus autem impetum hunc, circa hæc, fore ultimum, neq, diuturnum: cùm ipsa ingruens senectus, si quidsuperest dierum, ad meliora transferre cogat.

Valete pij Censores: atq; si qui his studiis favetis, Deum nobis & Christianæ iuventuti propitium exorate. Dabam 16. Sept. Anno 1650.







ncē: hītauit homo

Deus meus es tu tu

a me Quoniam tu

a fortitudo mea es

qui ad te

us deus meus respice

inimicorum de te lignum

Erudiuit nos in

ecclī: ut cuncti